BIBLIOTHECA
mon. ad
Sanctam Crucem

TABVLA.

De Ignorantia caput primũ. ii. &. iii.
De legibus caput quartum.
Contra idola caput quintum & ſextũ.
Nõ eſſe credendũ famæ caput. vii. &. viii.
De non colendo idolo caput nonum.
De Saturno & Ioue caput decimum.
De ſimulacris caput undecimum.
De Laribus caput duodecimum.
De ſacrificando caput. xiii.
De fabulis & nimiis deorum fedita-tibus caput. xiiii.
De capite aſinino & cæteris inſignibus: quorũ cultura chriſtianis obiiciebatur ca. xv.
De deo quem chriſtiani colunt caput. xvi.
De prophetis caput. xvii.
De ſcripturis dominicis caput. xviii.
de Moyſe propheta caput. xix.
de ſtatu temporum caput. xx.
de chriſto & quid chriſtiani differant ab hebreis caput. xxi.
de chriſto & deo omnipotente caput. xxii.
de fãtaſmatibus magice & demõiis ca. xxiii.
de religione romanorum caput. xxiiii.
de regno deorum caput. xxv.
de regno dei caput. xxvi.
de ſpiritu demoniaco caput. xxvii.
de regno imperatoris caput. xxviii.
An poſſint prodeſſe idola caput. xxix.
de poteſtate imperatorũ caput. xxx.
de oratione pro inimicis caput. xxxi.
Itẽ ꝓ impio & poteſtate romanoꝝ ca. xxxii.
de imperatore caput. xxxiii.
de Auguſto imperatore caput. xxxiiii.
de ſolennibus cæſarum caput. xxxv.
de ęqualitate omniũ pſonaꝝ caput. xxxvi.
Ne malum contra malum caput. xxxvii.
de cœtu caput. xxxviii.
de diſciplina chriſtianoꝝ caput. xxxix.
de aduerſis urbibus caput. xxxx.
Quod deus ſpernitur & ſtatuę adorantur caput. xxxxi.
Contra eos q̃ui infructuoſos dicebant chriſtianos caput. xxxxii.
de lenocinio caput. xxxxiii.
de exorciſmate caput. xxxxiiii.
de cuſtodiis hennicorum caput. xxxxv.
de innocentia chriſtianoꝝ caput. xxxxvi.
Item ſermo pulcherrimus de uita eterna. caput. xxxxvii.

FINIS.

De Ignorantia. Caput Primum.

ſ

I NON licet uobis romani imperii Antiſtites in aperto & ipſo fere uertice ciuitatis præſidentibus ad iudicandũ palam diſpicere: & coram examinare quid ſit liquido in cauſa chriſtianorum: ſed ad hanc ſolam ſpetiem auctoritas ueſtra de iuſticię diligentia in publico aut timet aut erubeſcit inquirere: ſi deniq; quod proxime accidit domeſticis iudiciis nimis operata ſectę huius infeſtatio obſtruit uiam defenſioni: liceat ueritati uel occulta uia tacitarum litterarum ad aures ueſtras peruenire: nihil de cauſa ſua deprecatur: quia nec de conditione miratur: ſcit ſe peregrinam in terris agere: inter extraneos facile inimicos inuenire. Cęterum genus ſedem ſpem gratiam dignitatem in cælis habere: unum geſtit interdum ne ignorata damnetur: quid hic deperit legibus in ſuo regno dominantibus ſi audiatur? An hoc magis gloriabitur poteſtas earum: quo etiam auditam damnabunt ueritatem? Cæterum inauditam ſi damnent pręter inuidiam iniquitatis: etiam ſuſpitionem merebuntur alicuius conſcientię: nolentes audire: quod auditum damnare nõ poſſint. hanc itaq; primam cauſam apud uos collocamus iniquitatis odii erga nomen chriſtianum. Quam iniquitatem idem titulus & onerat & reuincit: qui uidetur excuſare ignorãtia ſcilicet. Quid enim iniquius: q̃ ut oderint homines quod ignorant: etiam ſi res meretur odium? Tunc etenim meretur cum cognoſcitur an mereatur: uacãte autem meriti noticia: unde odii iuſticia defenditur? quæ non de euentu: ſed de conſcientia probanda eſt: cum ergo propterea oderũt homines: qa ignorant quale ſit: quod oderunt: cur non liceat eiuſmodi illud eſſe: quod nõ debeant odiſſe? Ita utrunq; ex alterutro redarguimus: & ignorare illos dum oderunt: & iniuſte odiſſe dum ignorant. Teſtimonium ignorantię eſt: quę iniquitatem dum excuſat condemnat: cum omnes qui retro oderant: quia ignorabant quale ſit: quod oderant: ſimul ut deſinũt ignorare ceſſant & odiſſe. Ex his fiunt chriſtiani utiq; de comperto: & incipiunt odiſſe qđ fuerant & profiteri quod oderant: & ſunt tanti quanti & denotantur: obſeſſam uociferantur ciuitatem in agris: in caſtellis: in inſulis ob chriſtianos: omnem ſexum ætatem conditionem etiam dignitatem tranſgredi ad hoc nomen. quaſi detrimento merent: nec tamen hoc ipſo modo ad ęſtimationem alicuius latentis boni promouent animos. Non licet rectius ſuſpicari: non libet proprius expediri: hic tantum urbana curioſitas torpeſcit: amãt ignorare cum alii gaudeãt cognouiſſe. Quanto magis hos Anacharſis denotaſſet imprudentes: de prudentibus iudicantes: q̃ muſicos de muſicis malunt neſcire: qa iam oderunt: adeo quod neſciant pręiudicant id eſſe: ꝙ ſi ſciant odiſſe non poterant: quando ſi nullum odii debitum depręhendatur optimum utiq; ſit deſinere. iniuſte odiſſe. Si uero de merito conſtet: non modo nihil odii detrahatur: ſed amplius acquiratur. Ad perſeuerãtiam etiã iuſtitiæ ipſius auctoritate. Sed non ideo inquit bonum: quia multos conuertit: quãti. n. ad malum performantur: quanti tranſfugę in peruerſum quis negat tamen quod uere malum eſt: ne ipſi quidem quos rapit defendere pro bono audent: omne malum aut timore aut pudore natura perfudit. Deniq; malefici geſtiunt latere: deuitant apparere trepidãt depræhenſi negant accuſati: nec torti quidem facile aut ſemper confitentur: certe condemnati merent: dinumerant in ſemetipſos mentis male impetus: uel fato: uel aſtris imputant: nolunt enim ſuum eſſe: quia malum agnoſcunt: criſtianis uero quid ſimile? neminem pu

det:neminem pœnitet niſi plane retro non fuiſſe. Si denotatur: gloriatur ſi accuſatur non
defendit. Interrogatus uel ultro confitetur: dãnatus gratias agit. Quid hoc mali ẽ quod
naturam mali non habet? Timorem: pudorem: tergiuerſationem: pœnitentiam: deplora
tionem. Quod hoc malum eſt? cuius reus gaudet? cuius accuſatio uotum ẽ? & pœna fœ
licitas: non potes domentiam dicere: qui reuinceris ignorare? Si certum eſt deniq; nos no
centiſſimos eſſe: cur a uobis ipſis aliter tractamur: q̃ pares noſtri. i. cæteri nocẽtes: cũ eiuſ
dem noxę eadem tractatio deberet peruenire. Quodcũq; dicimur: cũ alii dicuntur & pro
prio ore & merçenaria aduocatione utuntur ad innocentiæ ſuę cõmendationem: reſpõdẽ-
di altercandi facultas patet: quãdo nec liceat idefenſos & inaudios omnino damnari: ſed
chriſtianis ſolis nihil permittitur loqui: quod cauſam purget: quod ueritaatem defendat:
quod iudicem non faciat iniuſtum. Sed illud ſolum expectatur quod odio publico neceſ
ſarium eſt: confeſſio nominis non examinatio criminis: quando ſi de aliquo nocẽte cogno
ſcatis non ſtatim confeſſio eo nomine homicidæ uel ſacrilegi uel incesti uel publici hoſtis:
ut de noſtris eulogiis loquar contenti ſitis ad pronunciandum: niſi & conſequentia exiga
tis qualitatem facti: locum: numerum tempus conſcios ſocios. Caput. ii.

Enobis nihil tale cũ æque extorquere oporteret: quod cũ falſo iactatur ꝙ quiſq;
d iam infanticidia deguſtaſſet: quod inceſta contenebraſſet: qui coci: qui canes af-
fuiſſent. O quanta illius prę ſidis gloria ſi eruiſſet aliquẽ: qui centum iam infãteſ
comediſſet. Atq inuenimus inquiſtionẽ quoq; in nos ꝓhibitam. Plinius. n. ſecũdus cũ ꝓ
uinciã regeret: damnatis q buſdã chriſtianis: quibuſdã gradu pulſis: ipſa tamẽ multitudi
ne perturbatus: quid de cætero ageret conſuluit tunc Troianum imperatorem: allegans
præter obſtinationem non ſacrificandi nihil aliud ſe de ſacramentis eorum comperiſſe: q̃
cœtus ante lucanos ad canendum Chriſto & deo: & ad confœderandam diſciplinam: ho
micidium: adulteriũ: fraudem: perfidiam: & cætera ſcelera prohibentes: tunc troianus re
ſcripſit. Hoc genus inquirendos quidem non eſſe: oblatos uero puniri oportere. O ſentẽ
tiam neceſſitatate confuſam: negat inquirendos ut innocentes: & mandat puniri ut nocen
tes. Parcit: & ſcæuit: diſſimulat: & animaduertit. Quid temetipſum cenſura circumue-
nis? Si damnas cur non & inquiris? Si non inquiris cur non & abſoluis? Latronibus ueſti
gandis per uniuerſas prouĩcias militaris ſtatio ſortitur: in reos maieſtatis & publicos ho
ſtes omnis homo miles eſt: ad ſocios ad conſcios inquiſitio uſq; extenditur: ſolum: chri
ſtianum inquiri non licet: offerri licet: quaſi aliud eſſet actura inquiſitio q̃ oblatio. Dam
natis ergo obltaum: quem nemo uoluit requiſtum: qui puto iam non meruit: ideo pœnã
quia nocens eſt: ſed quia non requirendus inuentus. Itaq; nec in illo ex forma malorũ iu-
dicandorum agitis erga nos: quod cæteris negantibus adhibetis tormenta ad confitẽdũ
ſolis chriſtianis ad negandum: cum ſi malum eſſet: nos quidem negaremus non uero cõ
fiteri tormentis compelleretis: neq; enim ideo non putaretis requirẽda: quæſtionibus ſce
lera quia certi eſſetis admitti ea ex nominis confeſſione: qui hodie de confeſſo homicidia
ſcientes homicidium qd ſit: nihilominus ordinẽ extorquetis admiſſi: quo peruerſius cũ
prę ſumatis de ſceleribus noſtris ex nominis confeſſione cogitis tormentis de cõfeſſione
decedere: ut negantes nomẽ pariter utiq; negemus & ſcelera: de quibus ex cõfeſſione noĩs
prę ſumpſeratis. Sed opinor non uultis nos perire: quos peſſimos creditis. Sic n. ſoletis
dicere: homicide nega: laniari iubere ſacrilegũ ſi confiteri pſeuerauerit. Si nõ ita agitis cir
ca nos nocentes. ergo nos inocẽtiſſimos iudicatis. cum quaſi inocentiſſimos non uultis
in ea confeſſione pſeuerare quã neceſſitate nõ iuſticia damnandã a uobis ſciatis. Vocife-
ratur homo chriſtianus ſum. qđ ẽ dici. tu uis audire qđ non ẽ. ueritatis extorquẽ dę prę

ſides de nobis ſolis mēdaciū elaboratis audire. Hoc ſum inquit qd' queris an ſim: qd me torques in peruerſum? confitebor & torques. quid faceres ſi negarē? plane aliis negātibuſ non facile fidē accōmodatis: nobis ſi negauerimus: ſtatim creditis: ſuſpecta ſit nobis iſta ꝑuerſitas: nequa uis lateat in occulto: quę nos aduerſus formā: aduerſus naturā iudicandi contra ipſas quoq; leges miniſtret. niſi fallor enim leges malos erui iubent non abſcondi: confeſſos damnari pſcribunt non abſolui: Hoc ſenatuſconſultū: hoc principū mandata definiunt: hoc impium cuius miniſtri eſtis ciuilis nō tyrānica damnatio eſt. Apud tyrānos enim tormenta etiā pro pœna adhibeantur: apud uos ſoli quęſtioni tēperatur ueſtrā illis ſeruare legē uſq; ad cōfeſſionē neceſſariam: etiam ſi cōfeſſione perueniatur: uacabūt: ſententia opus ē: debito pœne nocens expungendus ē: non eximendus: deniq; illū nēo geſtit abſoluere: non licet hoc uelle: Ideo nec cogitur quiſq̄ negare chriſtianū hominē oīum ſcelerum reū: deorum imperatorum: legū morum naturæ totius inimicū exiſtimas & cogis negare ut abſoluas: quē non poteris abſoluere niſi negauerit. Prępuaricaris in leges: uiſ ergo neget ſe nocentē: ut eum facias īnocentem: equidem inuitum iā nō de prępterito reū: unde iſta peruerſitas? ut etiā illud nō recogitetis: ſponte cōfeſſo magis credendū eſſe: q̄ p uim neganti: uel ne compulſus negare: nō ex fide negarit: & abſolutus ibidem poſt tribunal de ueſtra rideat æmulatione: iteꝶ chriſtianus. Cū igitur in oībus nos aliter diſpoſitiſ: q̄ cęteros nocentes ad unum concedendo: ut de eo nomine excludamur. Excludimur enī ſi facimus quæ faciunt non chriſtiani: intelligere poteſtis non ſcelus aliquid in cauſa eſſe: ſed nomen quod quędam ratio æmulę operationis inſequitur. Hoc primū agens ut homines nolint ſcire pro certo: quod ſe neſcire pro certo ſciunt. Ideo & credunt de nobis quę non ꝓbantur: & nolunt inquiri: ne ꝓbentur non eſſe quæ malunt credidiſſe: ut noīe illius ęmulæ rationis inimicū præſumptis non ꝓbatis criminibus de ſua ſola cōfeſſione damnetur. Ideo torquemur confitentes & punimur perſeruantes: & abſoluimur negantes: quia nominis prælīū eſt. Deniq; quid de tabella recitatis illū chriſtianū: cur non & homicidā? Sed homicida chriſtianus: cur non & incæſtus? uel quodcunq; aliud non eſſe creditis? In nobis ſolis pudet aut piget ipſis nominibus ſcelerum pronunciare. Chriſtianus ſi nullius criminis reus eſt: nomen ualde infeſtū: ſi ſolius nominis crimen eſt. Caput. iii.

q Vid quod ita plæriq; clauſis oculis in odiū eius impingunt: ut bonū alicui teſtimonium ferētes admiſceant nominis exprobationē. Bonus uir Caius Seius ſed malus tantū ꝙ chriſtianus. Item alius ego Lucium ſapientē uirū repente factū chriſtianū: nemo retractat: ne ideo bonus Caius: & prudens Lucius: quia chriſtiāus: aut ideo chriſtianus quia prudens & bonus. Laudant quæ ſciunt: uituperant quæ ignorant: & id quod ſciunt: eo ꝙ ignorant irrumpunt: cum ſit iuſtius occulta de manifeſtis præiudicare: q̄ manifeſta de occultis prædamnare: alii quos retro ante hoc nomen uagos uiles improbos nouerant: ex ipſo denotant ꝙ collaudant: cęcitate odii in ſuffragiū impingūt: q̄ mulier: q̄ laſciua: q̄ feſtiua: quis iuenis q̄ Lucius: q̄ Amaſius facti ſunt chriſtiani. Ita nomen emendationi īputatur nōnulli ēt de utilitatibus ſuis cum odio iſto paciſcuntur: cōtenti iniuria dū ne domi habeant quod oderunt: Vxorē iam pudicam maritus iā non zelotipus: ſubiectū pater retro patiens abdicauit: ſeruū iam fidelē dominus olim mitis ab oculis relegauit: ut quiſq; hoc nomine emendatur offendit: tanti non ē bonū quanti odiū chriſtianoꝶ: nunc igitur ſi noīs odiū ē. Quis noīs reatus: quæ accuſatio uocabulorum? niſi aut barbaꝶ ſonat aliqua uox noīs: aut infauſtū: aut maledicū: aut impudicū. Chriſtianus uero q̄tum interprætatio ē de unctione deducitur. Sed & cū pperam chriſtianuſ ꝓnunciatur a nobis. Nā nec noīs eſt noticia penes uos de ſuauitate uel benignitate cōpo

ſitum eſt: oditur ergo in hominibus innocuis etiam nomen innocuũ. At.n. ſecta oditur
in homine utiqꝫ ſui auctoris. Quid noui ſi aliqua diſciplina de magiſtro cognomentũ ſe-
ctatoribus ſuis inducit? nõne philoſophi de auctoribus ſuis nũcupantur? Platonici: Epi
curei: Pythagorici ẽt a locis conuenticuloꝝ & ſtationum ſuaꝝ ſtoici: achademici: atqꝫ me
dici ab Eraſiſtrato: & grãmatici ab Ariſtarcho: coci etiã ab Apicio: nec tamen quenq̃ of-
fendit ꝓfeſſio nois cum inſtitutione tranſmiſſa ab inſtitutore: plane ſi qui ꝓbant malam
ſectã & ita malum & auctorẽ. is probabit & nomẽ malum dignũ odio de reatu ſectę. &
auctoris: Ideoqꝫ ante odiũ nois cõpetebat prius de auctore ſectã recognoſcere. uel aucto
rẽ de ſecta. At nũc utriuſqꝫ ĩquiſitiõe & agnitiõe neglecta nomẽ detinetur. nomen expu-
gnatur: & ignotã ſectã ignotũ & auctorẽ uox ſola prędãnat. q̱a noiatur nõ q̱a reuĩcũtur:
atqꝫ ideo q̃ſi præfatus hęc ad ſugillandã odii erga nos publici iniquitatẽ iã de cã ĩnocẽtię
cõſiſtã: nec tantũ refutabo q̃ nobis obiiciuntur. Sed ẽt ĩ ipſos retorquebo q̱ obiiciũt: ut
ex hoc quoqꝫ ſciant hoĩes in chriſtianis non eſſe: quę in ſe neſciũt eſſe ſimul uti erubeſcãt
accuſantes non dico peſſimi optimos. ſed iã ut uolunt cõpares ſuos. Reſpondebimus ad
ſingula quę in occulto admittere dicimur: quę illos palã admittentes inuenimus. in qui-
bus ſcelesti. in quibus uani. in quibus dãnandi. in quibus irridendi deputamur. Sed quo
niã cũ ad oĩa occurit ueritas noſtra. poſtremo legũ abſtruitur auctoritas aduerſus eã: ut
aut nihil dicatur retractandũ eſſe poſt leges. aut ingratis neceſſitas obſequii pręferatur ue
ritati de legibus prius cõcurrã uobiſcũ ut cũ tutoribus legũ. De legibus. Caput. iiii.

Am primũ cum dure definitis dicendo. Non licet eſſe uos. & hoc ſine ullo retra
i ctu humaniore pręſcribitis. uim profitemini. & iniquã ex arce dominationẽ. ſi
ideo negatis licere quia uultis: non quia debuit non licere qđ ſi quia non debet
ideo nõ uultis licere. ſine dubio id nõ debet licere: qđ male fit: & utiqꝫ hoc ipſo pręiudica-
tur licere: qđ bene fit. Si bonũ inuenero eſſe: qđ lex tua ꝓhibuit: nõne ex illo præiudicio
ꝓhibere me poteſt? Quod ſi malũ eſſet iure ꝓhiberet: ſi lex tua errauit: puto ab hoĩe cõ-
cepta eſt: neqꝫ enim de cœlo ruit. Miramini hominem aut errare potuiſſe in lege conden-
da: aut reſipuiſſe in reprobanda: non enim & ipſius Licurgi leges a lacedęmoniis emen-
datæ: tantũ auctori ſuo doloris incuſſerũt: ut ĩ ſeceſſu inedia de ſemetipſo iudicarit: Non
ne & uos quottidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis totã illã ueterem
& ſqualentẽ ſiluã legũ nouis principaliũ reſcriptoꝝ & edictorum ſecuribus truncatis &
ceditis? Nõne uaniſſimas papias leges: quę ante liberos ſuſcipi cogunt. q̃ Iulię matrimo
nium contrahi: poſt tantę auctoritatis ſenectutẽ heri Seuerus cõſtantiſſimus principum
excluſit? Sed & iudicatos in ꝑtes ſecari a creditoribus leges erant: conſenſu tamẽ publico
crudelitas poſtea eraſa eſt in pudoris notã: capitis pœna conuerſa ẽ. Bonorum adhibita ꝓ
ſcriptio ſuffundere maluit hoĩs ſanguinem q̃ effundere. Quod adhuc uos repurgandę le
ges latent: quas neqꝫ annoꝝ numerus neqꝫ cõditorum dignitas cõmendat: ſed æquitas ſo
la: & ideo cum iniquę recognoſcuntur merito dãnantur: licet damnẽt: quo modo iniquas
dicimus: immo ſi non puniunt etiã ſtultas? ſi uero facta: cur de ſolo nomine puniunt fa-
cta: quæ in aliis de admiſſo non de noĩe probata defendunt: inceſtuoſus ſum? cur non re-
quirũt infanticidia? cur non extorquent? in deos. in cęſares aliquid cõmitto: cur non audi
or? q̱ habeo quo purger: nulla lex uetat diſcuti: qđ prohibet admitti quia neqꝫ iudex iuſte
ulciſcitur: niſi cognoſcat admiſſum eſſe qđ non licet: neqꝫ q̱s fideliter legi obſeq̄tur: igno
rãs q̃le ſit quod ulciſcitur lex. Nulla lex ſibi ſoli cõſcientiam iuſticię ſuę debet: ſed eis a q̱-
bus obſequiũ expectat. Cæterũ ſuſpecta lex eſt: quę probari ſe non uult. Improba autẽ
ſi non probata dominetur. Contra idola. Caput quintũ.

T de origine aliquid retractemus eiuſmodi legũ uetus erat decretum: ne qui de
u us ab imperatore cõſecraretur: niſi a ſenatu ꝓbaretur. M. Aemilius de deo ſuo al
burno: facit & hoc ad cãm noſtrã: quod apud uos de humano arbitratu diuini
tas pẽſitatur: niſi homini deus placuerit: deus nõ erit. homo iã deo ꝓpitius eſſe debebit.
Tiberius ergo cuius tpe nomen chriſtianũ in ſeculũ introiuit annuntiatũ ſibi ex ſyria pa
leſtinæq; illic ueritatẽ illius diuinitatis reuelarat. detulit ad ſenatũ cũ prærogatiua ſuffra
gii ſui ſenatus. quia nõ ipſe ꝓbauerat reſpuit. Cæſar ĩ ſnĩa mãſit. cõminatus piculũ accu
ſatoribus chriſtianoꝝ. cõſulite cõmentarios ueſtros. illic repietis primũ Neronẽ in hãc ſe
ctã. tũ maxime Romæ orientẽ cæſariano gladio ferociſſe. ſed tali dedicatore dãnationis
noſtre ẽt gloriemur. qui. n. ſcit illũ intelligere põt. nõ niſi aliquid bonũ grãde a nerone dã
natũ temptauerat & Domitianus prætio: Neronis de crudelitate: ſed quia & homo facile
cœptũ repreſſit: reſtitutis etiam quos relegauerat: tales ſemp nobis inſecutores iniuſti im
pii turpes: quos & ipſi damnare conſueſtis: a quibus damnatos reſtituere ſoliti eſtis. Cæte
rum de tot exinde principibus ad hodiernũ diuinũ humanumq; ſapientibus edite aliquẽ
debellatorem chriſtianoꝝ: at nos contrario edimus protectorem. Si litteræ Marci Aure
lii grauiſſimi imperatoris requirantur: quibus illam germanicam ſitim chriſtianoꝝ forte
militum precationibus impetrato imbri diſcuſſam conteſtatur: ſicut palam ab eiuſmodi
hominibus pœnam dimouit: ita alio modo palam diſperſit: adiecta etiam accuſatoribus
damatione: & quidem tetriore. Caput ſextum.

Vales ergo leges iſtæ quas aduerſus nos ſoli exercent impii: iniuſti turpes demẽ
q tes uani: quas Traianus ex parte fruſtratus eſt: uetando inquiri chriſtianos: quas
nullus Hadrianus quãq̃ curioſitatũ oĩum explorator: nullus Veſpaſiãus quãq̃
iudæoꝝ debellator: nullus pius: nullus uerus impreſſit: facilius utiq; peſſimi ab optimis
quibuſq;: ut ab æmulis q̃ a ſuis ſociis eradicandi iudicarentur. Nunc religioſiſſimi legũ &
paternoꝝ inſtitutorum protectores & cultores: reſpondeant uelim de ſua fide & honore
& obſequio erga maiorum conſulta ſi a nullo deſciuerunt: ſi in nullo exorbitauerũt: ſi nõ
neceſſaria & aptiſſima quæq; diſciplinę oblitterauerunt: quonam illę leges abierunt ſum
ptum & ambitionem comprimentes: quæ centum æra nõ amplius in cœnam ſubſcribi iu
bebant: nec amplius q̃ unam inferri gallinam: & eam nõ ſaginatam quæ patricium quod
decem pondo argenti habuiſſet pro magno titulo ambitionis ſenatu ſubmouebat: quæ
theatra ſtuprandis moribus orientia ſtatim deſtruebant: quæ dignitatem & honeſtorum
nataliũ inſignia non temere: nec impune uſurpari ſinebant. Video. n. & centenarias cœnas
a centenis iam ſeſtertiis dicendas: & ĩ lances paꝝ eſt ſi ſenatoꝝ & nõ libertinoꝝ: uel adhuc
flagra rumpentiũ argentaria metalla producta uideo & theatra nec ſingula ſatis eſſe: nec
nuda. Nã ne uel hyeme uoluptas impudica frigeret primi lacedęmonii penulã ludis exco
gitarũt: uideo & ĩter matrõas atq; poſtribulas nullũ de habitu diſcrimẽ relictũ circa fœmi
nas qdem ẽt illa maioꝝ inſtituta ceciderũt: q̃ modeſtię. q̃ ſobrietati p̃ocinabãtur: cũ au
rũ nulla norat præter unico digito quẽ ſpõſus oppigneraſſet ꝓnubo ãnulo: cũ mulieres:
uſq; adeo uino abſtinerẽt: ut matronam ob reſignatos cellę uinarię loculos ſui inedia neca
rint. Sub Romulo uero quę uinũ attigerat: impune a Mecenio martio trucidata ẽ. Iccir
co & oſcula propinqs offerre: & neceſſitas erat ut ſpiritu indicarentur: ubi ẽ illa fœlicitas
matrimonioꝝ de moribus utiq; pſperata: quę p ãnos ferme ſexcentos ab urbe cõdita nul
la repudium domus ſcripſit: at nunc in fœminis præ auro nullum leue eſt membrum: prę
uino nullũ liberũ eſt oſculum: repudiũ uero iam & uotum eſt quaſi matrimonii fructus
etiam circa ipſos deos ueſtros quæ proſpecte decreuerant: patres ueſtri iidẽ uos obſequẽ
tiſſimi reſcidiſtis: liberꝝ patrẽ cũ myſteriis cõſules ſenatus auctoritate nõ modo urbe: ſed

uniuerſa Italia eliminauerunt: Serapidem & Iſidem & Arpocraten cum ſuo Cynocephalo capitolio ꝓhibitos inferri: ideſt curia deoꝝ pulſos Piſo & Gabinius conſules non utiq; chriſtiani euerſis etiam aris eoꝝ abdicauerunt turpium & ocioſaꝝ ſupſtitionum uitia cohibētes: his uos reſtitutis ſummā maieſtatē cōtuliſtis. Vbi religio? ubi ueneratio maioribus debita a uobis: habitu uictu & iſtructu: ſenſu: ipſo deniq; ſermōe ꝓauis renūtiaſtis? Laudatis ſemp antiquitatē: & noue de die uiuitis: p qd' oſtenditur dū a bonis maioꝝ inſtitutis deceditis: ea uos retinere & cuſtodire quę nō debuiſtis: cū q̄ debuiſtis nō cuſtodiſtis. Adhuc qd' uidebimini fideliſſime tueri a patribus traditū: in quo principaliter reos tranſgreſſionis chriſtianos deſtinaſtis: ſtudiū dico deoꝝ colendoꝝ: de quo maxime errauit antiquitas: licet Serapidi iam iam Romano aras. reſtruxeritis: licet Baccho iam italico furias ueſtras imolaretis: ſuo loco oſtendam: ꝓinde deſpici: & negligi: & deſtrui a uobis aduerſus maioꝝ auctoritatem. nunc. n. ad illam occultoꝝ facinoꝝ infamiam reſpondebo: ut iam mihi ad manifeſtiora purgem. Dicimur ſceleratiſſimi de ſacramēto infanticidii: & pabulo Iudæ: & poſt conuiuium incæſto quod euerſuros luminum canes: leones. ſ. tenebraꝝ libidinū impiaꝝ inuerecundiam ꝓcurent. Dicimur tamen ſemp: nec uos quod tam diu dicimur eruere curatis. Ergo aut eruite ſi creditis: aut nolite credere: qui non eruiſtis: de ueſtra nobis diſſimulatiōe præſcribitur nō eſſe: quod nec ipſi audetis eruere: longe aliud munus carnificii in chriſtianos impatis: nō ut dicāt quę faciunt: ſed ut negent quod ſūt. cēſus iſtius diſciplinę: ut iam edidimus a Tiberio eſt: cū odio ſui cœpit ueritas ſimul atq; apuit inimica eſt: tot hoſtes eius quot extranei: & q̄dem ꝓprie ex emulatione iudei: ex cōcuſſiōe milites: ex natura. ipſi etiā domeſticis noſtris quottidie obſidemur: quottidie ꝓdimur in ipſis plurimū cœtibus & cōgregationibus noſtris opprimimur. Quis unq̄ taliter uagienti īfanti ſupuenit? qs cruenta ut inuenerat cyclopū & ſyrenaꝝ ora iudici reſerauit? qs uel in uxoribus aliqua īmunda ueſtigia depræhendit? quis talia facinora cū inueniſſet cellauit: aut uendidit ipſos trahens hoīes? Si ſemp latemus quādo ꝓditum eſt: quod admittimus. Immo a qbus ꝓdi potuit: ab ipſis. n. reis nō utiq;: cū uel ex forma oībus myſteriis ſilentii fides adhibeatur: ſamothracia & eleuſinia reticentur: q̄to magis talia quę ꝓdita matri humanā aīaduerſionē ꝓuocabunt dū diuina ſeruantur. Si ergo non ipſi ꝓditores ſui ſequitur ut extranei: & unde extraneis noticia: cum ſemp etiam impiæ initiationes arceant profanos: & arbitris caueatur: niſi ſi impii nimis metuunt.

Non eſſe credendum famæ. Caput: vii.

n

Atura famę oībus nota eſt. utꝝ eſt fama malū quo nō uelocius uellū: cur malū fama? qa uelox an qa plurimū mendax: quæ nec tūc q̄dem cū aliqd ueri affert ſine mendacii uitio eſt detrahens: adiiciens: demutās de ueritate. Quid? qd' ea illi cōditio eſt: ut nō niſi cū mētitur pſeueret: & tā diu uiuit: q̄ diu nō ꝓbat. Siqdem ubi ꝓbauit ceſſat eſſe: & quaſi officio nuntiandi functa rem tradit: & exinde res tenetur: res noīatur: nec quiſq̄ dicit: uerbigra: fama eſt hoc Romę factū: aut fama eſt illū ꝓuincia ſortitū. Sed ſortitus eſt ille ꝓuinciā: & hoc factū eſt Romę: fama incerti locū nō habet: ubi certū eſt: an uero famæ credat. niſi incōſideratus: quia ſapiens nō credit incerto: oīum eſt exiſtimare quātacūq; illa ambitione diffuſa ſit: quantacūq; aſſeueratione cōſtructa: qd' ab uno aliquādo principe exorta ſit: neceſſe eſt exinde intra duces linguaꝝ: & auriū ſerpat. & ita modici ſeminis uitium cætera rumoris obſcurat. ut nemo recogitet ne primum mendacium ſeminauerit: quod ſępe fit: aut ingenio emulationis aut arbitrio ſuſpitionis aut non noua ſed ingenita quibuſdam mentiendi uoluptate. Bene autē quod oīa tempus reuelat teſtibus etiam ueſtris prouerbiis atq; ſententiis ex diſpoſitione naturę: quę ita ordinauit: ut nihil diu lateat etiā qd' fama nō d ſtulit. merito igitur fama tā diu cōſcia ſola eſt ſceleꝝ

chriſtianoꝝ. hanc indicē aduerſus nos ꝓfertis. quę quod aliquando iactauit. tantoq; ſpatio i opinionem corroborauit. uſq; adhuc probare non ualuit. Caput. viii.

u T fidem naturæ ipſius appellem aduerſus eos qui talia credenda eſſe pręſumūt: ecce proponimus horum facinoꝝ mercedem uitā æternam repromittunt: credite interim: de hoc. n. quæro an & qui credideris tanti habeas ad eam tali cōſcientia ꝑuenire: ueni: demerge ferrum in infantem nullius inimicū: nullius reum: oīum filiū: uel ſi alterius officium eſt: tu modo aſſiſte morienti homeni anteq̄ uixit: fugientem aīam nouam expecta: excipe rudem ſanguinem: eo panem tuum ſacia: ueſcere libenter: Interea diſcumbens dinumera loca: ubi mater ubi ſoror nota diligenter: ut cū tenebre ceciderint canine non erres: piaculum. n. admiſceris: niſi inceſtum feceris: talia iniciatus & conſignatus uiuis in æuum: cupio reſpondeas ſi tanti æternitas: aut ſi non ideo nec credenda etiam ſi crediderís: nego te uelle: etiam ſi uolueris nego te poſſe: cur ergo alii poſſunt ſi uos non poteſtis? cur non poſſitis ſi alii poſſunt? alia non opinor natura Cynopene aut Sicapodes alii ordines dentium: alii ad inceſtā libidinē nerui: qui iſta credis: de homine potes & facere: homo es & ipſe quod & chriſtianus: qui non potes facere: nō debes credere: homo eſt enim & chriſtianus: quod & tu. Sed ignorantibus ſubiicitur & imponitur: nihil. n. tale de chriſtianis aſſeuerari ſciebant: obſeruandū utiq; ſibi & omni uigilantia inueſtigandū. At qui uolentibus initiari moris eſt opinor: prius patrem illum ſacroꝝ adire: quæ præparanda ſint deſcribere: tum ille infans neceſſarius adhuc tener: q neſciat mortē qui ſub cultro tuo rideat. Itē panis quo ſanguis uirulentiā colligas. præterea cādelabra & lucernæ & canes aliqui & offulæ q̄ illos ad euerſiōem luminū extendant ante oīa cū matre & ſorore tua uenire debebis. quid ſi noluerint uel nullę fuerint quod deniq; ſingulares chriſtiāi: nō erit opinor legitimus chriſtianus niſi frater aut filius quid nūc & ſi iſta oīa ignaris pręparātur: certe poſtea cognoſcūt: & ſuſtinēt: & ignoſcunt. Timent plecti ſi proclament: qui defendi merebuntur: qui etiam ultro ꝑire malint: q̄ ſub tali cōſcientia uiuere. Age nunc timeāt: cur etiā ꝑſeuerant. Sequitur. n. ne ultra uelis id te eſſe quod ſi prius ſciſſes nō fuiſſes. Hęc quoq; magis refutauerim a uobis fieri oſtendā: partim in apto & partim in occulto: ꝑ qđ forſitan & de nobis crediſtis: infantes penes aphricā Saturno imolabantur: palamuſq; ad ꝓconſulatum Tiberii: qui eoſdē ſacerdotes in eiſdē arboribus templi ſui obumbratricibus ſceleꝝ uotiuis crucibus expoſuit: teſte militia patriæ noſtræ: quę id ipſum munus illi ꝓconſuli functa eſt. Sed & nunc in occulto ꝑſeueratur hoc ſacrum facinus: nō ſoli uoſ contēnunt chriſtiani: nec ullū ſcelus in ꝑpetuum eradicatur: aut mores ſuos aliquis deus cū ꝓpriis filiis mutat. Saturnus nō pepcit extraneis: utiq; nō parcēdo ꝑſeuerabat: quos q dem ipſi parentes ſui offerebant: & libentes reſpondebāt: & infantibus blandiebātur ne lachrimātes imolarētur: & tamē multū homicidio parricidiū differt: maior ætas apđ gallos Mercurio ꝓſecatur: remitto Tauricas fabulas theatris ſuis. Ecce in illa religioſiſſima urbe Aeneadaꝝ pioꝝ eſt Iuppiter quidam: quem laudis ſuis humano ꝓluunt ſanguine: ſed beſtiaꝝ inquitis opinor hoc munus q̄ hominis: an hoc turpius ꝙ mali hominis: certe tamē de homicidio funditur. O Iouē chriſtianum & ſolum patris filiū de crudelitate: ſed quoniam de infanticidio nihil intereſt. ſacro an arbitrio ꝑpetretur. licet parricidiū homicidio interſit. cōuertar ad populum quod uultis ex his circunſtantibus. & in chriſtianoꝝ ſanguinē hiantibus ex ipſis etiam uobis iuſtiſſimis. & ſeueriſſimis i nos pręſidibus apud conſcias pulſem. q natos ſibi liberos enecent. Siquidem & de genere necis differt. utiq; crudelius in aqua ſpiritum extorquetis. aut frigori & fama. & cāibus exponitis. ferro. n. mori ętas quoq; maior optauit. nobis uero homicidio ſemꝑ: interdicto etiam cōceptum

utero: dum adhuc ſanguis in hominem deliberatur: diſſoluere non licet: homicidii feſtia
tio eſt prohibere naſci: nec refert natam quis eripiat animam: an naſcentiũ diſtribuet: ho
mo eſt & qui eſt futurus: etiam fructus omnis iã in ſemine eſt: de ſanguinis pabulo & eiuſ
modi tragicis ferculis legite: nec ubi relatum ſit: eſt apud herodotũ opinor diffuſum bra
chiis ſanguinem ex alterutro deguſtatum: nationes quaſdam fœderi comparaſſe. Neſcio
quid & ſub Catilina deguſtatũ ẽ. Aiunt apud quoſdã gentiles ſcytharum defunctũ quẽ
que a ſuis comedi: longe excurro: hodie iſtic bellonæ ſacratus ſanguis de femore prociſſo
ĩ palmulam exceptus: & ſuis datus ſignatis. Item illi ꝗ munere ĩ harena noxiorum iugu
latorem ſanguinem recentem de iugulo decurrẽtem exceptũ auida ſiti comitiali morbo
medentes hauſerũt: ubi ſunt item illi qui de harena ferinis obſoniis cœnant: qui de apro: ꝗ
de ceruo petunt. Aper ille quem cruentauit: luctando deterſit: Ceruus ille in gladiatoris
ſanguine iactauit: urſorum aluei appetuntur: trucidãtibus adhuc ſe uiſceribus humanis:
Ructatur proinde ab homine caro paſta de homine. Hæc qui editis quãtum abeſtis a cõ
uiuiis chriſtianorũ? Minus aũt & illi faciunt qui libidine fera humanis membris inhiant.
quia uiuos uorant: minus humano ſanguine ad ſpurciciam conſecrantur: quia futurum
ſanguinem lambunt: nõ edunt infantes plane: ſed magis puberes. Erubeſcat error ueſter
chriſtianus: qui ne animalium quidem ſanguinem: ꝙ in epulis eſculentis habemus: qui
propterea quoq; in ſuffocatis & morticinis abſtinemus: ne quo ſanguine contaminetur:
uel intra uiſcera ſepulto: deniq; inter temperamenta chriſtianorum Botulos etiam eruore
diſtentos admouetis: certiſſimi ſcilicet: illicitum eſſe penes illos per quod exorbitare eos
uultis. Porro quale eſt: ut quos ſanguinem pecoris horrere confiditis humano inhiare cre
datis? niſi forte ſuauiorem eum experti quem quidem ipſum proinde examinatorem chri
ſtianorum adhiberi: ut foculum: ut accerram oportebat ꝓinde enim probarentur ſangui
nem humanum appetendo: quemadmodum ſacrificium reſpuendo alioquin necando ſi
non guſtaſſent: quemadmodum ſi imolaſſent: & utiq; non deeſſet uobis ĩ auditione cuſto
diarum: & damnatione ſanguis humanus: proinde inceſti: qui magis q̃ quos ipſe Iuppi
ter docuit. Perſas cum ſuis matribus miſceri Etheſias refert. Sed & macedones ſuſpecti:
quia cum primum Aedipum tragœdiam audiſſent ridentes inceſti dolorem. Emene dice
bant. Iam nunc recogitate quantum liceat erroribus ad inceſta miſcere materias peſſu
mitate luxuriæ. In primis filios exponitis ſuſcipiendos ab aliqua prætereunte matre ex
tranea: uel adoptandos melioribus parentibus emancipatis alienati generis: neceſſe eſt
quandodoq; memoriam diſſipari: & ſimul error impegerit exinde iam Fradux proficiet
inceſti ſerpente genere cum ſcelere. Tunc deinde quocunq; in loco domi pegre trãs freta:
comes eſt libido: cuius ubiq; ſaltus facile poſſunt alicubi ignaris filios pãgere: uel ex ali
qua ſeminis portione uti aſpſum genus per cõmertia humana concurrat in mẽorias ſuas:
neq; eas cœtus inceſti ſanguinis agnoſcat: nos ab iſto euentu diligentiſſima & fideliſſima
caſtitas ſepſit: quantumcunq; ab ſtupris: & ab omni poſt matrimonium exceſſu: tantũ
& ab inceſti caſu tuti ſumus. Q uidã multo ſecuriores totã uim huius erroris uirgini cõ
tinentia depellunt: ſenes pueri ſi hæc in uobis eſſe cõſideraretis: ꝓinde in chriſtiãis nõ eſſe
ꝓſpiceretis: iidem oculi renũciaſſent utrũq;: ſed cecitaris duæ ſpecies concurrunt: ut q nõ
uident quę ſunt: uidere uideatur quæ nõ ſunt: ſic ꝑ omnia nunc de manifeſtioribus dicã.

De non colendo idolo. Caput nonum.

Eos inquitis nõ colitis: & pro imperatoribus ſacrificia non impenditis: ſequitur
d ut eadem ratione pro aliis non ſacrificemus: quia nec pro uobis ipſis ſemel deos
non colendos. Itaq; ſacrilegii & maieſtatis rei conuenimur. Summa hæc cauſa

immota eſt: & utiq; digna cognoſci: Si non pręſumptio aut iniquitas iudicet: altera q̃ deſ
peret: altera quę recuſat ueritatem: deos ueſtros colere deſinimus. ex quo illos non eſſe co
gnoſcimus. Hoc igitur exigere debetis uti probemus non eſſe illos deos & iccirco non co
lendos: quia tunc demum coli debuiſſent ſi dii fuiſſent. Tunc & chriſtiani puniẽdi ſi quos
non colerent: quia putarent non eſſe conſtaret illos deos eſſe: ſed nobis inquitis dii ſunt.
Appellamus & prouocamus a uobis ad conſcientiam noſtram illa nos iudicet: illa nos dã
net: ſi poterit negare: omnes iſtos deos ueſtros homines fuiſſe: ſed & ipſa inficias ſi ierit de
ſuis antiquitatũ inſtrumentis reuincetur. de quibus eos didicit teſtimonium ꝓhibentibus
ad hodiernum: & ciuitatibus in quibus nati ſunt: & regionibus in quibus aliquid operati
ueſtigia reliquerunt: in quibus etiam ſepulti demonſtrantur. Nunc ergo per ſingulos de-
curram: tot ac tantos nouos ueteres ſeruos barbaros græcos romanos peregrinos capti-
uos adoptiuos proprios cõmunes maſculos fœminas ruſticos urbanos nauticos milita-
res: ocioſum eſt etiam titulos perſequi: ut colligam in compendium: & hoc nõ quo cogno
ſcatis: ſed recognoſcatis: certe enim oblitos agitis.

De Saturno & Ioue. Caput. x.

Nte ſaturnum deus penes uos nemo eſt: ab illo cenſus totius uel potioris uel no
a tioris diuinitatis. Itaq; quid de origine conſtiterit: id & de poſteritate conueniet:
Saturnum itaq; ſi quantum littere docent neque Diodorus gręcus: aut Tallus:
neq; Caſſius Seuerus: aut Cornelius nepos: neq; ullus cõmentator eiuſmodi antiquitatũ
aliud quã hoĩem ꝓmulgauerunt. Si q̃ quantũ reꝝ argumenta: nuſq̃ inuenio fideliora: q̃
apud ipſam Italiam: in qua Saturnus poſt multas expeditiones poſtq̃ attica hoſpitia cõ
ſedit: exceptus ab Iano uel Iane: ut Salii uolũt Mons quem coluerat Saturnus dictus.
ciuitas quam debellauerat ſaturnia uſq; nunc eſt. Tota deniq; Italia poſt œnotriam Sa-
turnia cognominabatur: ab ipſo primum tabula & imagine ſignatus numus: & inde ęra
rio præſidet. Tamen ſi homo Saturnus utiq; ex homine: & quia ab homine: nõ utiq; de
cœlo & terra: ſed cuius parentes ignoti erant: facile fuit eorum filium dici: quorũ & om-
nes poſſumus uideri. Quis enim non cœlum & terram matrem ac patrẽ uenerationis &
honoris gratia appellet: uel ex conſuetudine hũana: qua ignoti: uel ex inopinato apparẽ
tes de cœlo ſupueniſſe dicuntur. Proinde Saturno repentino ubiq; cœlitem cõtigit dici.
Nã & terræ filios uulgus uocat: quorũ genus incertũ eſt. Taceo quod ita rudes adhuc ho
mines agebãt: ut cuiuſlibet noui uiri aſpectu: quaſi diuino cõmouerentur. Cũ hodie iam
politi: quos ante paucos dies luctu publico mortuos ſint: confeſſi in deos conſecrent.
Satis iam de Saturno: licet paucis etiã Iouem oſtendemus tam hominẽ q̃ ex homine: &
deinceps totũ generis examen tam mortale q̃ ſeminis ſui par eſt: quoniã ſicut hoĩes fuiſſe
non audetis negare. Ita poſt mortẽ deos factos inſtituiſtis aſſeuerare: cãs quę hoc exege
rint retractemus: in primis quidẽ neceſſe eſt concedatis eſſe aliquẽ ſublimiorẽ deũ: & mã
cipem quendam diuinitatis qui ex hominibus deos fecerit nã neq; ſibi illi potuiſſent ſu-
mere diuinitatẽ: quam non habebãt: nec aliis præſtare eam nõ habentibus. niſi qui pro-
prie poſſidebãt. Cæteꝝ ſi nemo eſſet qui deos faceret: fruſtra pręſumitis deos factos auſ
ferendo factorẽ: certe quidẽ ſi ipſi ſe facere potuiſſent: nunq̃ hoĩes fuiſſent: poſſidẽtes ſci
licet melioris conditionis poteſtatẽ. Igitur ſi eſt qui faciat deos reuertor ad cauſas exami
nandas faciendoꝝ ex hoĩbus deoꝝ. nec ullas inuenio niſi ſi miniſteria & auxilia officiis di
uinis deſiderauit ille magnus deus. Prio indignũ eſt ut alicuius opera indigeret: & quidẽ
mortui cũ dignius ab initio deus aliquẽ feciſſet: q mortui erat operã deſideraturus: ſed
nec operi locũ uideo. Totũ. n. hoc mundi corpus ſiue innatũ & in factũ ſecundũ Pytha-
goram: ſiue natum & factum ſecundum Platonẽ ſemel utiq; in hac cõſtructione diſpoſi

tum & inſtructum & ordinatum cum omni rationis gubernaculo inuentum eſt: imperfectum non potuit eſſe quod perficit omnia. Nihil Saturnum & Saturniam gentem expectabat. Vani erunt homines: niſi certi ſint a primordio & pluuias de cœlo ruiſſe: & ſidera radiaſſe: & lumina floruiſſe: & tonitrua mugiſſe: & ipſum Iouem quē in manu eius ponitis fulmina timuiſſe. Item omnem frugem ante Liberum & Cererem & Mineruam, immo ante illum aliquem principem hominem de terra exuberaſſe quia nihil cōtinendo: & ſuſtinendo homini proſpectum poſt hominem potuit inferri: deniq; inueniſſe dicuntur neceſſaria iſta uitæ non inſtituiſſe: quod autem inuenitur fuit: & quod fuit non eius deputabitur qui inuenit: ſed eius qui inſtituit: erat enim anteq̄ inueniretur. Cæterum ſi propterea Liber deus ꝙ uitem demōſtrauit: male cum Luculo actum eſt: qui primus ceraſa ex ponto Italiæ promulgauit: quod non eſt propterea conſecratus: ut nouę frugis auctor: quia inuentor & oſtenſor. Quamobrem ſi ab initio & inſtructa: & certis exercendorum officiorum ſuorum rationibus diſpenſata uniuerſitas conſtitit: uacat ex hac parte cauſa allegandę humanitatis in diuinitatē quia q̄s illis ſtationes & poteſtates diſtribuiſtis tam fuerunt ab initio q̄ & fuiſſent: etiam ſi deos iſtos non creaſſetis. Sed conuertimini ad cauſam aliā: reſpondentes collationem diuinitatis meritorum remunerandorꝫ fuiſſe rationem: & huic concedetis opinor illum deum deificum iuſticia præcellere: qui nec temere: nec indigne: nec prodige tantum premium diſpenſarit. Volo igitur merita recenſere: an eiuſmodi ſint ut illos in cœlum extulerit: & non potius in imum tartarum merſerint: quem carcerē pœnarum infernarum cum multis affirmatis. Illuc enim abſtrudi ſolent impii: quiq; ī parentes & in ſorores inceſti: & maritarum adulteri: & uirginum raptores: & puerorum contaminatores: & qui ſceuiunt: & qui occidunt: & qui furantur: & qui decipiunt: & quicūq; ſimiles ſunt alicuius dei ueſtri: quem hominem integrum a crimine aut uitio probare poteritis niſi hominem negaueritis. At quin ut illos homines fuiſſe non poſſitis negare: etiam iſtæ notæ accedunt: quæ nec deos poſtea factos credi permittunt. Si enim talibus uos puniendis pręſidetis: ſi comertium colloquium conuictum malorum & turpium probi quique reſpuiſtis. Horum autem pares deus ille maieſtatis ſuę conſortio abſtruit. Quid ergo damnatis quorum collegas adoratis? Sugillatio eſt in cęlo ueſtra iuſticia deos facitis: criminoſiſſimos quoſq; ut placeatis diis ueſtris: illorum eſt honor conſecratio coequalium. Sed ut omittam huius indignitatis retractatum: probi & integri & boni fuerunt: qđ tamen potiores uiros apud inferos reliquiſtis: aliquem de ſapientia Socratem: de iuſticia Ariſtidem: de militia Temiſtoclem: de ſublimitate Alexandrum: de fœlicitate Polycratem: de copia Creſum: de eloquentia Demoſthenem. Quis ex illis diis ueſtris grauior & ſapientior Catone? Iuſtior & militarior Scipione? Quis ſublimior Pompeio? Fœlicior Scylla? Copioſior Craſſo? Eloquentior Tullio? Quanto dignius iſtos deos ille aſſumēdos expectaſſet? præſcius utiq; potiorum properauit: opinor: & cœlum ſemel cluſit: & nunc utiq; melioribus apud inferos muſitantibus erubeſcit.

De ſimulacris. Caput. xi.

c

Eſſo iam de iſtis: ut qui ſciam me ex ipſa ueritate demonſtraturum quid nō ſint cum oſtendero quid ſint? Quantum igitur de diis noſtris nomina ſolummodo uideo: quorum ueterum mortuorum: & fabulas audio: & ſacra de fabulis recognoſco. Quantum autem de ſimulacris ipſis nihil aliud reprehendo: q̄ matres ſorores eē uaſculorum inſtrumentorumq; cōmunium: uel ex iiſdem uaſculis & inſtrumentis: quaſi fatum conſecratione mutantes licentia artis transfigurante: & quidem contumelioſiſſime & in ipſo opere ſacrilege: ut re uera nobis: maxime qui propter deos ipſos plectimur: ſo-

latium pœnarum eſſe poſſit: quod eadem & ipſi patiuntur ut fiant: crucibus & ſtipitibus impon itis chriſtianos: quod ſimulacrũ non prius arg illa deformat: cruci & ſtipiti ſuperſtructa. In patibulo primũ corpus dei noſtri dedicatur: unguiis deraditis latera chriſtianorum. At in deos ueſtros per omnia membra ualidius incũbunt: aſciæ & runcinæ & ſcobinæ ceruices ponimus ante plumbum & glutinũ & gonphos ſine capite ſunt dii ueſtri. Ad beſtias impellimur certe quas Libero & Cybelle & cęleſti applicatis ignibus utimur hoc & illi. a prima quidẽ maſſa in metalla dãnamur: inde cenſentur dii ueſtri: in inſulis relegamur ſolet & in inſula aliquis deus ueſter: aut naſci: aut mori. ſi per hęc conſtat diuinitas aliqua: ergo cũ qui puniuntur conſecrantur. & numina erũt dicenda ſupplicia: ſed plane non ſentiunt has iniurias: & contumelias ſuæ fabricationis dii ueſtri: ſicut nec obſequia o impiæ uoces: o ſacrilegã conuicia: infrendite inſpumate: iiſdem eſtis qui Senecã aliquẽ pluribus: & a maioribus de ueſtra ſuperſtitione perorantẽ reprehendiſtis. Igitur ſi ſtatuas & imagines frigidas mortuorum ſuorũ ſimillimas non adoramus: quas milui & mures & araneæ intelligũt: nõne laudem magis q̃ pœnam merebatur repudiũ agniti erroris. Poſſumus enim uideri ledere eos: quos certi ſumus omnino non eſſe. Quod nõ eſt: nihil ab ullo patitur: quia non ẽ. Sed nobis dii ſunt inquis: & quomodo uos e contrario impii: & ſacrilegi: & irreligioſi erga deos noſtros reprehendimini: qui quos pręſumitis eſſe negligitis: quos timetis deſtruitis: quos etiã iudicatis illuditis. Recognoſcite ſi mẽtiar: primo qui cum alii alios colitis: utiq; quos non colitis offenditis: pręlatio alterius ſine alterius cõtumelia nõ poteſt procedere: quia nec electio ſine reprobatiõe: iam ergo cõtemnitis quos reprobatis: quos reprobãdo offendere nõ timetis. Nã ut ſupra pręſtrinximus ſtatus dei cuiuſq; in ſenatus eſtimationem pendebat. Deus non erat: quem homo conſultus noluiſſet: & nolendo damnaſſet.

De laribus. Caput. xii.

d Omeſticos deos quos lares dicitis domeſtica poteſtate tractatis: pignerãdo uẽditãdo demutando: aliquãdo ĩ caccabulũ de Saturno: aliquãdo in trullã de Minerua: & quiſq; cõtritus atq; concuſſus eſt: dũ diu colitur: & quiſq; dominũ ſanctiorẽ expertus ẽ: domeſticã neceſſitatẽ: publicos ęque publico iure fœdatis: quos ĩ haſtario uectigales habetis. Sic capitoliũ. ſic olitoriũ forum petitur: ſub eadẽ uoce preconis: ſub eadẽ haſta: ſub eadẽ annotatiõe: queſtoris diuinitas addicta cõducitur: ſed. n. agri tributo onuſti uiliores hominũ capita ſtipendio cenſa ignobiliora. Nam hęc ſunt notę captiuitatis: dii uero qui magis tributarii magis ſancti. Immo qui magis ſancti magis tributarii maieſtas quęſtuaria efficitur: circuit cauponas religio mendicans: exigitis mercedẽ pro ſolo templi: pro aditu ſacri: non licet deos noſſe gratis. uenales ſunt: quid omnino ad honorãdos eos facitis: quod non etiam mortuis ueſtris conferatis: ędes proinde: aras proinde: idẽ habitus & inſignia ĩ ſtatuis: ut ętas: ut ars: ut negociũ mortui fuit: ita deus ẽ quo deffert ab epulo iouis Silicernium a Simpio obba: ab haruſpice polinctor. Nã & haruſpes mortuus apparet. Sed digne imperatoribus defunctis honorem diuinitatis dicatis: quibus & uiuentibus eũ addicitis: accepto ferrent dii ueſtri: immo gratulabuntur: quod pares ei fiant domini ſui: Sed cum larent iam puplicum ſcortum: uelim ſaltem Laidem aut phrinem inter Iunões & Cereres: ac Dianas adoretis: cum Simonem magum ſtatua & inſcriptione ſancti dei inauguratis cum de pedagogis aut aulicis neſcio quem ſinodi deum facitis licet non nobiliores dii ueteres: tamen contumeliam a uobis deputabunt hoc & aliis licuiſſe: quod ſolis antiquitas contulit.

De ſacrificando. Caput. xiii.

u Olo & ritus ueſtros recenſere: non dico quales ſitis in ſacrificando cum enecta & tabidoſa & ſabioſa quæque mactatis: cum de opimis & integris ſupervacua

b

queq; truncatis capitula & ungulas: quę domi quoq; pueris uel canibus deſtinaſſetis: cũ de decima Herculis: nec tertiam partem in aram eius imponitis: laudabo magis ſapiẽtiã quod de perdito aliquid eripitis. Sed conuerſus ad litteras ueſtras quibus ĩformamini ad prudentiam & ad liberalia officia: quanta ĩuenio ludibria: Deos inter ſe propter troiáos & archiuos: ut gladiatorum paria congreſſos depugnaſſe. Venerem humana ſagitta ſauciatam ꝙ filium ſuum Aeneam pœne interfectũ ab eodem diomede rapere uellet: Martem tredecim menſibus in uinculis pœne conſumptum: Iouẽ ne eandem uim a cæteris cœlitibus experiretur: opera cuiuſdam monſtri liberatum: & nunc flentem Sarpedonis caſum: nunc fede ſubantem in ſororẽ ſub cõmemoratione non ita dilectarum iam pridem amicarum: exinde quis non poeta ex auctoritate principis ſui: dedecorator inuenitur deorum? Hic Apollinem Admeto regi paſcendis pecoribus addicit: Ille Neptuni ſtructorias operas Laomedonti locat. Eſt & ille de lyricis Pindarum dico: qui Aeſculapium canit auaritiæ merito: qua medicinã nocenter exercebat fulmine iudicatum malus Iuppiter ſi fulmen illius eſt impius in nepotem inuidus in artificem: Hęc neq; uera prodi: neq; falſa confingi apud religioſiſſimos oportebat: Nec tragici quidem aut comici parcunt: ut non erumnas: uel errores domus alicuius dei præferentur: taceo de philoſophis Socrate contentus: qui in contumeliam deorum quercũ & hircum & canem deierabat: ſed propterea damnatus eſt Socrates qui deos deſtruebat. Plane olim ideſt ſemper: ueritas odio eſt: tamen cum pœnitentia ſententiæ Athenienſes & criminatores Socratis poſtea afflixerit: & imaginem eius auream in templo collocarint reſiſſa damnatio teſtimonium Socrati reddidit. Sed & Diogenes neſcio quid in Herculem ludit: & Romanus cinicus Varro trecentos Ioues ſiue Iuppiteros dicendos ſine capitibus introduxit.

De fabulis & nimiis deorum feditatibus. Caput. xiiii.

c Aetera laſciuiæ ingenia etiã uoluptatibus ueſtris per deorum dedecus operantur: deſpicite lentorum & hoſtiliorum uetuſtates utrum minimos an deos ueſtros in iocis & ſtrophis rideatis: Mecum anubim: & maſculum lunam & Dianam flagellatam: & iouis mortui teſtamentum recitatum: & tres hercules famelicos irriſos. Sed & hiſtrionum litterę omnem fœditatem eoꝝ deſignant. Luget ſol filium iactatum de cęlo lętantibus uobis: & Cybele paſtorem ſuſpirat faſtidioſum non erubeſcentibus uobis & ſuſtinetis Iouis elogia cantari: & Iunonem: Venerem Mineruam a paſtore iudicari ipſum quod imago dei ueſtri ignominioſiſſimum caput & fumoſum ueſtit: qđ corpus impurum: & ad iſtam arcẽ effœminatione ꝓductum Mineruam aliquã uel Herculem repræſentat: nõne uiolatur maieſtas & diuinitas conſtupratur: laudãtibus uobis plane religioſiores eſtis in cauea: ubi ſuper ſanguinẽ humanum: ſuper inquinamenta pœnarum proinde ſaltant dii ueſtri: argumenta & hiſtorias noxiis miniſtrãtes: niſi quod & ipſos deos ueſtros ſępe noxii induunt uidimus aliquando caſtratum Atyn illum deum ex peſſinunte. & qui uiuus ardebat: Herculẽ induerat: Riſimus & inter ludicras meridianoꝝ crudelitates Mercurium mortuos canterio examinantem. Vidimus & Iouis fratrẽ gladiatorum cadauera cum maleo deducentem ſingula iſta: quæq; adhuc quis poſſet iueſtigare: ſi honorẽ inquietãt diuinitatis? ſi maieſtatis ueſtigia obſoletant: de cõtẽptu utiq; cẽſentur: tã eoꝝ q eiuſmodi factitant: ꝗ eoꝝ ꝗbus factitãt: ſed ludicra iſta ſint: cæteꝝ ſi adiiciã que non minus conſcientiæ oĩum recognoſcent in templis adulteria cõponi: inter aras lenocinia tractari: in ipſis plerumq; ędituorum & ſacerdotum tabernaculis: ſub iiſdem uittis & apicibus & purpureis thure flagrante libidinem expungi: neſcio ne plus de uobis dii ueſtri: ꝗ de chriſtianis querantur: certe ſacrilegi de ueſtris ſemper appræhendũ

tur: christiani tẽpla nec interdiu norunt: ſpoliarẽt forſitã ea & ipſi: ſi & ipſi ea adorarent: Quid ergo colũt: q talia nõ colunt. Iã qdem intelligi ſubiacet ueritatis eẽ cultores: q mẽdacii nõ ſint. Nec errare amplius in eo: in quo erraſſe ſe recognoſcẽdo ceſſauerint hoc prius capite: & oẽm hinc ſacramenti noſtri ordinẽ haurite: repcuſſis tamẽ opiniõibus falſis.

De capite aſinino & cęteris inſignibus: quorꝝ cultura chriſtiãis obiiciebatur. ca. xv.

n Am ut quidam ſomniaſtis caput aſininum eſſe deum noſtrum. hanc Cornelius Tacitus ſuſpitiõem eiuſmodi inſeruit. Is enim in quinta hiſtoriarꝝ ſuarum bellũ iudaicum exorſus ab origine gentis etiam de ipſa tam origine q̃ de nomine & religione gentis: quæ uoluit argumẽtatus. Iudeos refert ægypto expeditos ſiue ut putauit extorres uaſtis arabiæ in locis aquarũ egentiſſimus cum ſiti macerarentur onagris: q forte de paſtu potum petituri eſtimabantur indicibus fontibus uſos ob eam gratiam conſimilis beſtiæ ſuperficiem conſecraſſe. Atqꝫ ita inde opinor præſumptum nos quoqꝫ: ut iudaicę religionis propinquos: eidem ſimulacro initiari. At enim idem Cornelius Tacitus: ſane ille mendaciorum loquaciſſimus in eadem hiſtoria refert: Gn. Pompeium cum Hieruſalẽ cœpiſſet: proptereaqꝫ templum adiſſet ſpeculandis iudaicę religionis archanis: nullum illic reperiſſe ſimulacrum: & utiqꝫ ſi id colebatur quod aliqua effigie reprę̃ſẽtabatur: nuſq̃ magis q̃ i ſacrario ſuo exhiberetur eo magis: quia nec uerebatur extraneos arbitros: quã q̃ uana cultura. Solis enim ſacerdotibus adire licitum: etiam conſpectus cęterorꝝ uello oppanſo interdicebatur: Vos tamen non negabitis: & iumenta omnia: & coctos canterios cum ſua hippona colia uobis. Hoc forſitan improbandum: quod intra cultores omnium pecudum beſtiarumqꝫ: aſinarii tantum ſumus. Sed & qui crucis non religioſos putat: conſecraneus noſter erit: cum lignum aliquod propitiatur: uiderit habitus cũ materię qualitas eadem ſit: uiderit forma dum id ipſum dei corpus ſit: & tamen quanto diſtinguitur a crucis ſtipite Pallas attica: & Ceres farra: quę ſine effigie rudi palo & informi ligno proſtrat. Pars crucis eſt omne robur: quod erecta ſtatione defigitur: nos ſi forte integrum & totũ deum colimus. Diximus originem deorum ueſtrorum a plaſtris de cruce induci. Sed & uictorias adoratis: cum in tropheis cruces inteſtina ſunt tropheorum: religio romanorum tota caſtrenſis ſigna ueneratur: ſigna iurat: omnibus diis pręponit omne: illi imaginum ſuggeſtus: inſignes monilia circum ſunt. Si farra illa uexillorum & cantabrorum ſtolę crucium ſunt: laudo diligentiam: noluiſtis nudas & incultas cruces conſecrare. Alii plane humanius & uериſimilius ſolem credunt deum noſtrum. Ad perſas ſi forte deputabimur: licet ſolẽ non in lintheo depictum adoremus: habentes ipſum ubiqꝫ in ſuo clipeo: deniqꝫ inde ſuſpicio: ꝓ innotuerit nos ad orientis regionem precari. Sed & plæriqꝫ ueſtrũ affectatione aliquãdo & cæleſtia adorandi ad ſolis ortum labia uibratis. æquę ſi diem ſolis lętitię indulgemus: alia longe ratione q̃ religione ſolis. ſecundo loco ab eis ſumus qui diem Saturni otio & uictui decernunt: exorbitantes & ipſi a iudaico more: quem ignorabat. Sed noua iam dei noſtri in iſta proxime ciuitate editio publicata eſt. Ex quo quidam in fruſtrandis beſtiis mercenarius noxius picturam propoſuit cum eiuſmodi inſcriptiõe deus chriſtianorum onochoiſitis: erat auribus aſininis: altero pede iungulatus: librum geſtãs & togatus: Riſimus & nomen & formam. ſed illi debebant adorare ſtatim biforme numen quia & canino & leonino capite cõmixtos: & de capro & de ariete cornutos: & a lũbis hircos: & a cruribus ſerpentes: & planta uel tergo alites deos receperunt. Hęc & abũdanti ne quid rumoris in repercuſſum: quaſi de conſcientia: præteriſſemus quę omnia cõuerſi iam ad demonſtrationem religionis noſtrę repurgabimus.

De deo quem chriſtiani colunt. Caput. xvi.

q Vod colimus &nos deus unus eſt:qui totam molem iſtam cum omni inſtrumẽto elementoꝝ corpoꝝ ſpirituum:uerbo:quo iuſſit:ratione:qua diſpoſuit: uirtute:qua potuit:de nihilo expreſſit in ornamentum maieſtatis ſuæ: unde & græci nomen mundo coſmon accõmodauerunt: inuiſibilis eſt: & ſi uideatur incomprehenſibilis: & ſi per gratiã repræſentetur ineſtimabilis: & ſi humanis ſenſibus eſtimetur. Ideo uerus & tantus eſt. Cæterum quod uideri cõmuniter: quod comprædendi: quod eſtimari poteſt: minus eſt & oculis: quibus occupatur: & manibus: quibus contaminatur: & ſenſibus: quibus inuenitur: quod uero immenſum eſt: ſoli ſibi notum eſt: hoc quod eſt dominum æſtimari facit: dum æſtimari non capit: ita enim uis magnitudinis: & notũ hominibus obiecit: & ignotum: & hęc eſt ſumma delicti nolentium recognoſcere: quem ignorare non poſſunt: uultis ex operibus ipſius tot ac talibus: quibus continemur: quibus ſuſtinemur: quibus oblectamur: etiam quibus exterremur: uultis ex animę ipſius teſtimonio comprobemus: quæ licet carcere corporis preſſa: licet inſtitutiõibus prauis circũſcripta: licet libidinibus & concupiſcentiis euigorata: licet falſis diis exancillata: cum tamen reſipiſcit: ut ex crapula ut ex ſomno: ut ex aliqua ualitudine: & ſanitatem ſuã patitur: deũ nominat hoc ſolo: quia proprie uerus hic unus deus bonus & magnus: & quod deus dederit omnium uox eſt. Iudex quoq; cõteſtatur: illum deus uidet: & deo cõmendo: & deus mihi reddet. O teſtimonium animæ naturaliter chriſtianæ: deniq; pronuntians hęc non ad capitolium: ſed ad cœlum reſpicit. Nouit enim ſedẽ dei uiui ab illo: & inde deſcẽdit ſed quo plenius & impreſſius tam ipſum: ꝗ diſpoſitiones eius & uoluntates adiremus inſtrumentum adiecit litteraturę: ſi quid uelit de deo inquirere: & inquiſito inuenire: & inuento credere: & credito deſeruire: uiros enim iuſticiæ innocentia dignos deum noſſe: & oſtendere a primordio in ſęculum emiſit ſpiritu diuino mundatos: quo prędicarent deũ unicum eſſe: qui uniuerſa condiderit: qui hominem de humo inſtruxerit. Hic enim eſt uerus Prometheus: qui ſæculum certis tempoꝝ diſpoſitiõibus & exitibus ordinauit: exinde quę ſigna maieſtatis ſuę indicantis ediderit per imbres: per ignes: quas demerendo ſibi diſciplinas determinauerit: quę ignoratis & deſeritis: ſed obſeruantibus his pręmia deſtinarit: & qui producto euo iſto iudicaturus ſit ſuos cultores in uitę ęternę retributionẽ prophanos in ignem ęque perpetem ſuſcitatis omnibus ab initio defunctis & reformatis & recenſitis ad utriuſq; meriti diſpunctionẽ: hæc & nos riſimus: aliquando de ueſtris fuimus. fiunt non naſcuntur chriſtiani.

De prophetis. Caput. xvii.

q Vos diximus prędicatores: prophetę de officio profetandi uocantur: uoces eoꝝ itemq; uirtutes: quas ad finem diuinitatis edebant in theſauris litteraꝝ manent nec iſtæ latent. Ptolomęorum eruditiſſimus: quem Philadelphum ſupernominant: & omnis litteraturæ ſagaciſſimus cum ſtudio bibliothecarum Piſiſtratum: ut opinor: emularetur: inter cætera memoriarum: quibus aut uetuſtas: aut curioſitas aliqua ad famam patrocinabatur: ex ſuggeſtu Demetri phalerei grãmaticorum tũc probatiſſimi: cui pręfecturam mandauerat: libros a iudeis quoq; poſtulauit proprias atq; uernaculas litteras: quas ſoli habebant: ex ipſis enim & ad ipſos ſemper prophetę perorauerant: ſcilicet ad domeſticam dei gentem ex patrum gratia hebrei retro qui nunc iudei.

De ſcripturis dominicis. Caput. xviii.

i Gitur & litterę hebreæ & eloquiũ: Sed ne noticia uacaret: hoc quoq; Ptolomęo a iudeis ſubſcriptũ eſt ſeptuaginta & duobus interpretibus indultis: quos Menedemus quoq; philoſophus prouincię iudex de ſententię communione ſuſpexit. affirmauit hęc uobis etiam ariſteas ita in gręcum ſtilum ex aperto monumento reli-

quit. hodie apud Serapeum Prolomęi bibliothecę cum ipſis hebraicis litteris exhibētur. Sed & iudei palam lectitant: uectigalis libertas uulgo aditur. Sabbatis omnibus. qui audierit: inueniet deum: qui etiam ſtuduerit intelligere: cogetur & credere: primam iſtru mentis iſtis auctoritatem ſūma antiquitas uendicat: apud uos quoq; religionis eſt iſtar: fidem de temporibus aſſerere: omnes itaq; ſubſtantias: omneſq; materias: origines ordi- nes uenas ueterani cuiuſq; ſtili noſtri gentes etiam plæraſq; & urbes iſignes hiſtoriarum: & cauſas memoriarum: ipſas deniq; effigies litterarum indices cuſtodeſq; rerum: & puto adhuc minus dicimus ipſos inq̄ deos noſtros: ipſa templa & oracula & ſacra unius interī prophetæ ſcrinium ſæculis uincit: in quo uidetur theſaurus collocatus totius iudaici ſacra menti: & inde iam & noſtri ſi quidem audiſtis.

De Moyſe propheta. Caput. xix.

Nterim Moyſem argiuo inacho pariter ętate eſt quadringentis pœne annis. Nā
i & ſeptem mimis danaum & ipſum apud uos uetuſtiſſimum pręuenit mille circi
ter cladem Priami antecedit: poſſem etiā dicere quingentis amplius & Homerū habens quos ſequar. cæteri quoq; prophetę & ſi Moyſi poſthumant: extremiſſimi tamen eo℞ non retroſiores reprehenduntur primoribus ueſtris ſapiētibus legiferis & hiſtoricis.

De ſtatu temporum. Caput. xx.

Aec quibus ordinibus probari poſſint: non tam difficile eſt nobis exponere: q̄
h enorme nec arduum. Sed interim longum multis inſtrumētis cum digito℞ ſup
putariis geſticulis aſſidendum eſt. Reſeranda antiquiſſima℞ etiam gentium ar chiua ęgiptiorum caldęorum phœnicum: aduocandi eorum municipes: per quos notitia ſubminiſtrata eſt: alioquin Manechon ęgiptius: & Beroſus caldæus: ſed & Hieronymus phœnix tyrii rex: Sectatores quoq; eorum Mendeſius: Ptolemęus & Menander Epheſi- us & Demetrius phalereus: & rex Iuba: & Appion: & Tallus: & ſi quis iſtos aut probat aut reuincit: Iudęus Ioſephus antiquitatum iudaicarum uernaculus uindex: gręco℞ etiā cenſuales conferendi: & quæ quando ſint geſta. aut conchatenationes temporum aperian tur: per quę luceant annalium numeri: peregrinandum eſt ī hiſtorias & litteras orbis & ta men quaſi partem iam probatiōis intulimus: cum per quę probari poſſint aſperſimus: ue rum differre pręſtat: ne uel minus perſequamur feſtinando: uel diutius euagemur pſequē do plus iam offerimus pro iſta dilatione maieſtatem ſcripturarum. ſi non uetuſtatem di uinas probamus ſi dubitatur antiquitas. ne hoc tardius aut aliunde diſcendum: corā ſūt quę docebunt: mundus & ſęculum & exitus: quicquid agitur pręnuntiabatur: quicquid uidetur audiebatur: quod terrę uorant urbes: quod inſulas maria fraudant: quod externa atq; interna bella dilaniant: quod regnis regna compulſant: quod fames & lues & locales quęq; clades: & frequentium plęrunq; motium uaſtant: quod humiles ſublimitate: ſubli mes humilitate mutantur: quod iuſticia rareſcit: iniquitas increbreſcit. Bonarum omniū diſciplinarnm cura torpeſcit: quod etiam officia tempo℞ & elementorum munia exorbi tantur: quod & monſtris & portentis naturaliū forma turbatur: ꝓuidenter ſcripta ſunt: dum patimur leguntur: dum recognoſcimus probantur: idoneum opinor teſtimonium diuinitatis: ueritas diuinationis. Hinc igitur apud nos futurorū quoq; fides tuta eſt: iā. ſ. probatorum: quia cum illis quę quottidie probantur prędicebantur: ęedem uoces ſonāt: ædem litteræ notant: idem ſpiritus pulſat: unum tempus eſt diuinationi futura pręfati apud homines: ſi forte diſtinguitur dum expungitur: dum ex futuro præſens dehinc ex pręſenti pręterritum deputatur. Quid delinquimus oro uos futura quoq; credentes qui iam didicimus illis per duos gradus credere:

De chriſto & quid chriſtiani differant ab hebreis. Caput. xxi.

Ed quoniam edidimus antiquiſſimis iudeorum iuſtrumentis ſectam iſtam eſſe
s ſuffultam:quam aliquãto nouellam:ut Tiberii temporibus plærīq; ſciunt pro
fitẽtibus uobis quoq; fortaſſe an hoc nomine de ſtatu eius retractetur quaſi ſub
umbraculo inſigniſſime religionis certe licite aliquid propriȩ preſumptionis abſcundat:
uel quia præter ætatem neq; deuictus exceptionibus:neq; de ſolennitatibus dierum:neq;
de ipſo ſignaculo corporis:neq; de conſortio nominis cum iudeis agimus:quod utiq; o-
porteret ſi eidem deo manciparemur:Sed ut uulgus iam ſcit chriſtum ut aliquem homi-
num qualem iudei iudicauerunt:quo facilius quis nos hominis cultores exiſtimauerint.
uerum neq; de chriſto erubeſcimus:cum ſub nomine eius deputari & damnari iuuat:ne
que de deo aliquid præſumimus aliter. Neceſſe ẽ igitur pauca de chriſto:ut deo totum:
Iudeis erat apud deum gratia:ubi & inſignis iuſticia: & fides originalium auctoꝝ unde
illis & generis magnitudo & regni ſublimitas floruit:& tanta fœlicitas:ut de dei uocibuſ
quibus edocebantur de promerendo deo:& non offendendo prȩmonerentur. Sed quan
ta deliquerit fiducia patrum inflati ad declinandũ deriuantes a diſciplina in prophanum
modum:& ſi ipſi non confiterentur:probaret exitus hodiernus ipſorum diſperſi palabũ
di:& cœli & ſoli ſui extorres uagãtur per orbem ſine homine ſine deo rege:quibus nec ad
uenarum iure terram patriã ſaltem ueſtigio ſalutare conceditur:cum hæc illis ſanctæ uo
ces prȩminarentur:eadem ſemper omnes ingerebant forȩ:uti ſub extimis curriculis ſȩcu
li:ex oĩ iam gente & populo & loco cultores ſibi allegeret deus multo fideliores:in quos
gratiam tranſferret plenioreẽ quidem ob diſcipline auctoris capacitatem uenit igitur qui
ad reformandam & illuminandam eam uenturus a deo prȩnunciabatur Chriſtus ille fili
us dei. Huius igitur gratiæ diſciplinæq; arbiter & magiſter illuminator atq; deductor ge
neris humani filius dei annuntiabatur. non quidẽ ita genituſ:ut erubeſcat in filii nomĩe:
aut de patris ſemine non de ſororis inceſto:nec de ſtupro filiȩ aut coniugis alienæ deum
patrem paſſus eſt:ſquamatũ aut cornutum aut plumatum amatorẽ in auro cõuerſum:
danaidis Iouis iſta ſunt numina ueſtra:Cȩterum dei filius nullam de impudicitia habet
matrem:etiam quã uidetur habere nupſerat. ſed prius ſubſtantiam ediſſeram:& iam na
tiuitatis qualitas intelligetur:iam ediximus deũ uniuerſitatẽ hanc mundi uerbo & ratiõe
& uirtute molitũ. Apud ueſtros quoq; ſapientes λογον ideſt ſermonẽ atq; rationem con
ſtat artificẽ uideri uniuerſitatis. Hunc.n.zeno determinat factitatorẽ q cuncta in diſpoſi
tione formauerit eundẽ & factũ uocari:& deũ & aĩum Iouis & neceſſitatẽ oĩum rerum.
Hæc Cleantes in ſpiritu congerit:quẽ pmeatorem uniuerſitatis affirmat. Et nos aũt ſer
moni atq; ratiõi. Itẽq; uirtuti p quȩ oĩa molitum deum ediximus: ꝓpriam ſubſtantiam
ſpiritum inſcribimus:cui & ſermo inſit prænuntiãti:& ratio aſſit diſponẽti:& uirtus prȩ
ſit pficienti. Hunc ex deo prolatũ didicimus:& ꝓlatione generatum:& iccirco filium: &
deum dictũ ex unitate ſubſtãtiæ. Nã & deus ſpiritus etiam cũ radius ex ſole porrigitur:
portio ex ſũma. Sed ſol erit in radio:quia ſolis eſt radius:nec ſeparatur ſubſtantia:ſed ex
tenditur. Ita de ſpiritu ſpiritus:& de Deo Deus. Vt lumen de lumine accenſum manet ĩ-
tegra:& ĩdefecta materiæ matrix. & ſi plures inde traduces qualitatẽ mutueris:ita & qđ
de deo perfectum ẽ. Deus eſt & dei filius:& unus ambo. Ita de ſpiritu ſpiritus: & de deo
deus modulo alternũ numeꝝ gradu non ſtatu fecit:& a matrice non receſſit:ſed exceſſit.
Iſte igitur dei radius:ut retro ſemp prȩdicabatur:delapſus in uirginẽ quãdã & in utero
eius caro figuratus naſcitur hõ deo mixtus:caro ſpũ inſtructa nutritur:adoleſcit:affat᷑:
docet:opatur:& chriſtus ẽ. Recipite interim hãc fabulã:ſimilis ẽ uřis dũ oſtẽdimus quõ
chriſtus ꝓbetur:& q penes nos eiuſmodi fabulas emulas ad deſtructionẽ ueritatis iſtiuſ

modi pminiſtrauerint. Sciebāt & iudei uētuꝝ eē chriſtū. ſ. qbus pphetę loqbātur. nā & nūc ad uētūeius expectāt: nec alia magis inter nos & illos cōpulſatio ē: q̄ q iam ueniſſe nō credūt. Duobus. n. aduentibus eius ſignificatis: primo qui iam expunctus eſt in humilitate cōditionis humane. Secundo q cōcludendo ſæculo iminet ī ſublimitate diuinitatis exertæ. Primū nō intelligendo. Secundū quem māifeſtius prædicatū ſperant unum exiſtimauerunt: nec. n. intelligerent priſtinū credituri ſi intellexiſſent: & cunſequuturi ſaltem ſi crediſſent: meritū fuit delictū eoꝝ. Ipſi legunt ita ſcriptū mulctatos ſe ſapientia: & intelligent a: & oculoꝝ: & aurium fruge. Q uem igitur ſolū hoīem modo prę ſumpſerāt de humilitate: ſequebatur uti magnū eſtimarent de poteſtate cū illo uerbo demonia de hominibus excuteret: cecos illuminaret: leproſos purgaret: paraliticos reſtringeret: mortuos deniq; uerbo redderet uitę: elementia ipſa famularent: cōpeſcēs pcellas: & freta ingrediens: oſtendēs ſeſe uerbū dei. i. λογον. illud primordiale primogenitū uirtute & ratiōe comitatū: & ſpiritu inſtructū eundē q uerbo oīa & faceret & feciſſet. Ad doctrinā uero eius qua reuincebātur magiſtri primoreſq; iudeoꝝ ita exaſpabantur: maxime q ad eū ingens multitudo deflecteret: ut poſtremo oblatū pōtio Pillato ſyriam tunc ex pte romana pcuranti uiolentia ſuffragioꝝ in crucē ieſum dedi ſibi extorſerint. prædixerat & ipſe ita facturos parū ſi nō & pphetæ retro etiam tamē ſuffixus multa mortis illius ppria oſtendit inſignia. Nā ſpūm cum uerbo ſponte demiſit puento carnificis officio. Eodē momēto dies mediū orbē ſignante ſole ſubducta eſt. Deliqum utiq; putauerūt: q id quoq; ſup chriſto prędicatum nō ſcierūt: & tamē eū mūdi caſum relatū in archiuis ueſtris habetis. tunc iudei detractum & ſepulchro conditū magna etiam militari manu cuſtodiæ diligentia circūſederūt: ne qa prędixerat tertia die reſurrectuꝝ ſe a morte: diſcipuli furto amoliti cadauer fallerēt ſuſpectos. Sed ecce die tertia concuſſa repente terra: & mole reuoluta: quæ obſtruxerat ſepulchꝝ: & cuſtodia pauore diſiecta: nullis apparentibus diſcipulis nihil in ſepulchro reptum eſt: pręterq̄ exuuiæ ſepulti: nihilominus tamen primores quoꝝ intererat: & ſcelus diuulgare: & populū uectigalē: & famularem ſibi a fide reuocare: ſurreptum a diſcipulis iactitauerūt. nā nec ille ſe in uulgus eduxit ne impii errore liberarentur: ut & fides nō mediocri premio deſtinata difficultate conſtaret. Cū diſcipulis aūt qbuſdam apud galileam iudeæ regionem ad. xl. dies egit: docens eos quæ docerent: dehinc ordinatis eis ad officium prædicandi per orbem circunfuſa nube in cœlum eſt receptus: multo melius q̄ apud uos aſſeuerare de Romulo proculi ſolent: ea omnia ſuper Chriſto Pilatus & ipſe iam pro ſua cōſcientia chriſtianus Cæſari tunc Tiberio nuntiauit. Sed & cæſares crediidiſſent ſup chriſto: ſi aut cæſares nō eſſent ſæculo neceſſarii: aut ſi & chriſtiani potuiſſent eſſe cęſares. Diſcipuli quoq; diffuſi per orbem ex pręcepto magiſtri dei paruerunt: qui & ipſi a iudeis inſequentibus multa perpeſſi: utiq; pro fiducia ueritatis libenter. Romę poſtremo per Neronis ſęuitiam ſanguinem chriſtianum ſeminauerunt. Sed monſtrauimus uobis idoneos teſtes chriſti: ipſos illos quos narratis: multum eſt ſi eos adhibeam: ut credatis chriſtianis: propter quos nō creditis chriſtianis.

De chriſto & deo omnipotente. Caput. xxii.

i Nterim hic eſt ordo noſtræ inſtitutionis hunc edidimus & ſectæ & noīs cenſum cū ſuo auctore: nemo iam infamiā incutiat: nemo aliud exiſtimet. quia nec fas ē ulli de ſua religione mētiri. ex eo. n. qđ aliud a ſe coli dicit q̄ colit negat qđ colit. & culturā & honorē in alteꝝ trāſfert. & transferēdo iā nō colit. qđ negauit dicimus & palā dicimus. & uobis torquētibus lacerari & cruēti uociferamur. Deū colimus p chriſtū illum hoīem: putate per eum & in eo ſe cognoſci uult deus & coli ut iudeis reſpōdeamus: & ipſi deum p hominem moſem colere didicerunt: ut græcis occurram Orpheus pieriæ mu

ſeus athenis Melampus agris Trophraus boetiæ initiationibus homines obligauerũt: ut
ad uos quoq; dominatores gentium aſpiciam homo fuit Pompilius Numa qui romanos
operoſiſſimis ſupſtitionibus onerauit: licuerit & chriſto cõmentari diuinitatem rem pro-
priam: non quia rupices & adhuc feros homines multitudini tot numinum demendorũ:
attonitos efficiendo ad humanitatem temperaret quod Numa. Sed qui iam expolitos: &
ipſa urbanitate deceptos in agnitionem ueritatis oculare. Quærite ergo ſi uera eſt iſta di
uinitas chriſti. Si ea eſt qua cognita quis reformetur ad bonum: ſequitur ut falſe renun-
tietur: comperta in primis illa omni ratiõe: quę deliteſcens ſub nominibus & imaginibus
mortuorum quibuſdam ſignis & miraculis & oraculis fidem diuinitatis operatur: atque
adeo dicimus eſſe ſubſtantias quaſdam ſpirituales: nec nouum eſt nomen. Sciunt de-
mones philoſophi Socrate ipſo ad demonii arbitrium expectante. Quidni? cum & ip-
ſi demonium adheſiſſe a pueritia dicatur: dehortatorum plane a bono omnes ſciunt poe-
tæ: etiam uulgus indoctum in uſum maledictis frequentant. Nam & Sathanam princi-
pem huius mali generis: proinde de propria conſcientia animæ eadem ex ſacramenti uo-
ce ꝓnunciat. Angelos quoq; etiam Plato non negauit: utriuſq; nominis teſtes eſſe: uel ma
gi aſſerunt. Sed quomodo de angelis quibuſdam ſua ſponte corruptis corruptior gens de
monum euaſerit damnata a deo cum generis auctoribus: & cum eo quem diximus prin-
cipe apud litteras ſanctas ordo cognoſcitur. Nunc de operatione eorum ſatis erit expone
re: operatio eorum eſt hominis euerſio: ſic malicia ſpiritualis a primordio auſpicata eſt ĩ ho
minis exitium. Itaq; corporibus quidem & ualitudines infligunt: & aliquos caſus acerbos
animæ uero repentinos & extra ordinarios per uim exceſſus: ſuppetit illis ad utrãq; ſub-
ſtantiam hominis alendam ſubtilitas & tenuitas ſua multum ſpiritalibus uiribus: licet &
inuiſibiles & inſenſibiles in affectu potius q̃ in actu ſuo appareãt: ſi poma ſi fruges neſcio
quod aure latens uitium in flore præcipitat: in germine exanimat: in pubertate conuulne-
rat: ac ſi cæca ratione tentatus aer peſtilentes hauſtus ſuos effundet. Eadem igitur obſcu-
ritate contagionis aſpiratio demonum & angelorum mentis quoq; corruptelas agit furo-
ribus & amentiis fœdis: ac ſcœuis libidinibus cum erroribus uariis: quoꝝ iſte potiſſimus
ꝗ eos iſtos captis & circunſcriptis hominum mentibus comedat: ut & ſibi pabula ꝓpria
nidoris: & ſanguinis ꝓcuret ſimulachris imaginibus oblata: & quæ illi accuratior paſcua
ẽ: q̃ hominem e cogitatu ueræ diuinitatis auertat prężtigiis falſis: quas & ipſas quomodo
ut operetur: expediam. Omnis ſpiritus ales eſt. Hoc Angeli & Demones. Igitur memen
to ubiq; ſunt. Totus orbis illis locus unus eſt: quid ubi geratur tam facile ſciunt q̃ enunti
ant uelocitas diuinitas creditur: quia ſubſtantia ignoratur: ſi & auctores interdum uideri
uolunt eorum quæ annuntiant: & ſunt plane malorum non nunq̃ bonorum tamẽ nõnũq̃
diſpoſitiones etiam dei: & nunc prophetis concionantibus excerpunt: & nunc lectiõibus
reſonantibus carpunt. Ita & hinc ſumentes quaſdam temporum ſortes emulantur diuini
tatem dum furantur diuinationem. In oraculis autem quo ingenio ambiguitates tempe-
rent in euentus ſciunt crœſi: ſciunt pyrrhi: cæterum teſtudinem decoqui cum carnibus pe
cudis pithius eo modo renuntiauit: quo ſupra diximus: momento apud Lydiam fuerat
habens de incolatu aeris & de uicinia ſiderum & de cõmertio nubium celeſtes ſapere para
turas: ut & pluuias quas iam ſentiunt repromittant: beneficii plane & circa curas ualitudi
nũ: lædunt.n.primo: dehinc remedia præcipiũt ad miraculũ noua ſiue cõtraria: poſtq̃ de
ſinũt lędere & curaſſe credũtur. Quid ergo de cęteris ingeniis uel etiã uiribus fallaciæ ſpi
ritualis ediſſerã? Fantaſmata caſtroꝝ & aquam cribro geſtatam: & nauem cingulo ꝓmo
tam: & barbã tactu irrufatã: & numina lapides crederentur: & deus uerus nõ quereretur.

De fantaſmatibus magice & demoniis. Caput. xxiii.

P Orro ſi & magi fantaſmata edunt: etiam defunctorum infamãt animas: Si pue
ros in eloqum oraculi elidunt. Si multa miracula circulatoriis præſtigiis ludũt.
Si & ſomnia immittunt habentes ſemel inuitatorum angelorum & demonum:
aſſiſtentem ſibi poteſtatem per quos & capræ & menſæ diuinare conſueuerunt: quãto ma
gis ea poteſtas de ſuo arbitrio: & pro ſuo negocio ſtudeat totis uiribus operari quod alie-
ne præſtant negociationi: aut ſi eadem & angeli & demones operantur: quæ & dii ueſtri:
ubi eſt ergo pręcellentia diuinitatis: quam utiqꝫ ſuperiorem omni poteſtate credendũ eſt:
non ergo dignius pręſumentur ipſos eſſe: qui ſe deos faciant: cum eadem edant: quę faci-
ant deos credi: quam pares angelis & demonibus. deos eſſe locorum differentia diſtingui
tur: opinor ut a templis deos exiſtimetis: quos alibi deos non dicitis: ut aliter dementare
uideatur: qui ſacras turres peruolat: aliter qui tecta uicinię tranſilit: & alia uis pronuntie-
tur in eo qui genitalia uel lacertos: alia qui ſibi gulam proſecat: cum par exitus furoris &
una ratio eſt inueſtigationis. Sed hactenus uerba iam hinc demonſtratio rei ipſius: qua
oſtendemus unam eſſe utriuſqꝫ nominis qualitatem: edatur hic aliquis ſub tribunalibus
ueſtris quem demone agi conſtet iuſſus a quolibet chriſtiano loqui ſpiritus ille tam ſe de-
monem confitebitur de uero: q̃ alibi deum de falſo. Aeque producatur aliquis ex his qui
de deo pati exiſtimatur: qui aeris malentes numen de nidore concipiunt: qui ructando cu-
ratur: qui anelando profantur: Iſta ipſa uox celeſtis pluuiarum pollicitatrix. Iſte ipſe Ae-
ſculapius medicinarum demonſtrator alia de morituris ſocordio & denatio: & Aſclepio-
doto ſumminiſtratur: niſi ſe demones confeſſi fuerint chriſtiano mentiri: non audentes ibi
dem illius chriſtiani procaciſſimi ſanguinem fundite: qđ iſto opere manifeſtius? qđ hac ꝓ
batiõe fidelius? ſimplicitas ueritatis in medio eſt: uirtus illi ſua aſſiſtit: nihil ſuſpicari lice
bit magia: aut aliqua eiuſmodi fallacia fieri dictis nõ dicetis: ſi oculi ueſtri & aures præmi
ſerint uobis: quid autem inniti poteſt aduerſus id quod oſtenditur nuda ſinceritate ſi alte
ra ꝑte uere dei ſunt: cur ſeſe demonia mentiuntur: an ut nobis obſequantur? Iam ergo ſu-
biecta chriſtianis diuinitas ueſtra. nec diuinitas deputanda eſt: quę ſubdita eſt homini. &
ſi quid ad dedecus facit emulis ſuis: ſi altera parte demones ſunt uel angeli. cur ſe alibi pro
diis agere reſpondent? Nam ſicut illi qui dii habentur demones ſe dicere noluiſſent. ſi ue-
ro dii eſſent. ſ. ne de maieſtate ſe deponerent. Ita & iſti quos directo demones noſtis nõ au
derent alibi pro diis agere. ſi aliqui omnino dii eſſent. quorum nominibus utuntur. uere
rentur. n. abuti maieſtate ſuperiore ſine dubio & timẽdorum. ideo nulla eſt diuinitas iſta
q̃ tenetis. qa ſi eſſet neqꝫ a demoniis affectaretur in cõfeſſione neqꝫ a diis negaretur. cũ ergo
utraqꝫ pars concurrit in cõfeſſionem deos eſſe negans. agnoſcite enum genus eſſe. i. demo
nas. uerum utrobiqꝫ iam deos querite. quos cum præſumpſeratis demonas eſſe cognoſci
tis. eadem uero opera noſtra ab eiſdem diis ueſtris non tantum hoc detegentibus. ꝙ neqꝫ
ipſi dii ſint. neqꝫ ulli alii. etiam illud in continenti agnoſcitis quid ſit uere deus: & an ille. &
an unicus quem chriſtiani profitemur. & an ita credendus colenduſqꝫ: ut fides ut diſcipli-
na diſpoſita eſt chriſtianoꝝ. Dicẽt ibidem & qs ille chriſtus cum ſua fabula? Si homo cõ
munis conditionis. ſi magnus. ſi poſt mortẽ de ſepulchro a diſcipulis ſurreptus. Si nũc
deniqꝫ penes ĩferos. ſi nõ ĩ cœlis potius. & inde uẽturus cũ totius mũdi motu cũ horrore
orbis. cũ planctu oĩum: ſi nõ chriſtianoꝝ. ut dei uirtus. & dei ſpiritus. & ſermo. & ſapia.
& ratio. & dei filius qđcũqꝫ ridetis: rideãt & illi uobiſcũ: negent chriſtũ oẽm ab euo aĩam
reſtituto corpore iudicaturꝝ. Dicant hoc ꝓ tribunali ſi forte Minoen & Radamanthum
ſecundũ conſenſum Platonis & poetaꝝ hoc eſſe ſortitos; ſuę ſaltem ignominię & damna

tionis notam refutent. Renuntiant ſe immundos ſpiritus eſſe: quod uel ex pabulis eorum ſanguine: & fumo: & putidis rogis pecorum: & impuratiſſimis linguis ipſorum uatum intelligi debuit. Renuant ob maliciam prædamnatos ſe in eundem iudicii diem cum oībus cultoribus & opationibus ſuis. At quin oīs hæc noſtra in illos dominatio & poteſtas dominatione chriſti ualet: & de cōmemoratione eoꝝ quæ ſibi a deo per arbitrum chriſtū imminentia expectant: chriſtum timentes in deo & deum in chriſto ſubiiciūtur ſeruis dei & chriſti: ita de contractu deq; afflatu noſtro contemplatione & repræſentatione ignis illius correpti: etiam de corporibus noſtro imperio excedunt inuiti: & dolentes: & uobis præſentibus erubeſcentes: credite illis quum de ſe loquuntur: qui mentientibus creditis: nemo ad ſuum dedecus mentitur: quin potius ad honorem: magis fides ꝓxima eſt aduerſus ſemet pſos confitentes: q̄ ꝓ ſemetipſis negantes. Hæc deniq; teſtimonia deoꝝ ueſtrorum chriſtianos facere conſueuerunt: q̄ plurimum illis credendo in chriſto domino credimus. Ipſi litterarum noſtrarum fidem accendunt. Ipſi ſpei noſtrę fiduciam ędificant: colitis illos quos ſciam etiam de ſanguine chriſtianorum. Nollent itaq; uos tam fructuoſos tam officioſos ſibi admittere: uel ne a nobis quandoq; chriſtianis fugentur: ſi illis ſub chriſtiano uolente uobis ueritatem probare: mētiri liceret: omnis iſta cōfeſſio illorum: qua ſe deos negant eſſe: quaq; non aliū deum reſpondent præter unum cui nos mancipamur: ſatis idonea eſt ad depellendum crimen læſæ maxime romanæ religionis: Si. n. non ſunt dei ꝓ certo: nec religio ꝓ certo eſt: ſi religio nō eſt: nec ꝓ certo rei ſumus leſæ religiōis. At e cōtrario in uos exprobatio reſultauit: qui mendacium colentes ueram religionem ueri dei nō modo negligendo qn inſup expugnando in ueꝝ cōmitis crimen ueræ irreligioſitatis. Nā ut conſtaret illos deos eſſe: nōne conceditis de eſtimatione cōmuni aliquem eſſe ſublimiorem & potentiorē uelut principem mūdi pfectæ potitiæ maieſtatis: nā & ſic plæriq; diſponunt diuinitatem ut impium ſumme dominatiōis eſſe penes unum: officia eius penes multos uelint: ut Plato Iouē magnū i cœlo comitatū exercitu deſcribit deoꝝ pariter & demonum. Itaq; oportere & procurantes & præfectos & præſides pariter ſuſcipi: & tamē quod facinus admittit: qui magis ad Cæſarem promerendū & operam & ſpem ſuam tranſfert: nec appellationem dei ita ut imperatoris in aliquem principem confitetur cum capitale eē iudicetur alium præter Cæſarem & dicere & audire: colat alius deum: alius Iouem: alius ad cœlum ſupplices manus tendat: alius ad aram fidei manus alius ſi hoc putatis nubes numeret orās: alius lacūaria alius ſuam animam deo ſuo uoueat: alius hirci. Videte. n. ne & hoc ad irreligioſitatis eulogiū cōcurrat adimere libertatē religiōis & interdicere optionē diuinitatis: ut non liceat mihi colere quē ueli: ſed cogar colere quē noli. Nemo ſe ab inuito coli uolet: ne hō qdem: atq; ideo & ęgyptiis pmiſſa eſt: tam uanę ſuſperſtitionis poteſtas auibus & beſtiis conſecrandis: & capite damnandi: qui aliquem huiuſmodi deum occiderit. Vnicuiq; etiam prouinciæ & ciuitati ſuus deus eſt: ut Syrię Aſtartes: ut Arabię Diaſares: ut Norici Tibilenus: ut Aphricę celeſtus: ut Mauritanię Reguli ſui romanas ut opinor prouincias edidi: nec tamen romanos dominos earum: quia Romę non magis coluntur: q̄ qui per ipſam quoq; Italiam municipali conſecratione cenſentur cruſtumenienſium Deluentinus: narnienſium Viridianus: æſculanorum Ancharia: Volſinientium Norcia: oriculanorum Valentia: Sutrinorum Norcia: Faliſcorum in honorem patris curis: & accepit cognomen Iuno. Sed nos ſoli arcemur a religionis proprietate. Ledimus Romanos nec romani habemur: qui non romanorum deum colimus: bene q; omnium deus eſt: cuius uelimus aut nolimus omnes ſumus. Sed apud uos quod ius colere ius eſt pręter deum uerum: quaſi non hic magnus omnium ſit deus. cuius omnes ſumus.

De religione romanorum. Caput. xxiiii.

Atis mihi quidem uideor probaſſe de falſa & uera diuinitate: cum demonſtraui ſ quemadmodum probatio cōſiſtat non modo diſputatiōibus nec argumentatio nibus: ſed ipſoꝝ etiam teſtimoniis quos deos creditis: ut nihil iam ad hanc cām ſit retractandum. Quoniam tamen romani nominis proprie mentio occurrit: non omittam cōgreſſionem: quam ꝓuocat illa præſumptio dicentium: romanos ꝑ merito religioſitatis diligentiſſime intantum ſublimitatis elatos ut orbem occuparint: & adeo deos eē: ut præter cęteros floreant: qui illis officium præter cæteros faciant. ſ. iſta merces a romāis diis pro gratia expenſa eſt: Sterculus: & Muchunus & Laurentina ꝓuexit impium peregrinos enim deos non putem extraneæ genti magis fautum uoluiſſe q̄ ſuę & patrium ſolum in quo nati adulti nobilitati ſepultiq; ſunt tranſfretanis dediſſe: unde Cybele ſi urbē Romanam: ut memoriam Troiāi generis adamauit: uernaculi ſui ſcilicet aduerſus archiuorum arma ꝓtecti: ſi adulteros tranſire proſpexit: quos ſciebat gręciam phrygiæ debellatricem ſubacturos. Itaq; maieſtatis ſuę in urbem collatæ grande documentum noſtræ etiam ętatis propoſuit: cum. M. Aurelio apud Syrinium reipu. exempto die. xvi. calen. aprilis. Archigallus ille ſantiſſimus die. ix. calen. earundem quo ſanguinem impuꝝ lacertos quoq; caſtrando libabat pro ſalute imperatoris Marci iam interpreti ſolita ęque imperia mādauit. O nuntios tardos: o ſomniculoſa diplomata: quoꝝ uitio exceſſum imꝑatoris nō ante Cybele cognouit: ne deam talem riderent chriſtiani: ſed nō ſtati & Iuppiter cretam ſuam romani faſcibus cōcuti ſineret: oblitus antrum illud ideum & ęra corybantia: & iucundiſſimum illic nutricis ſuę odorem: nōne omni capitolio tumulum ſuum præpoſuiſſet: ut ea potius orbi terrę prępelleret: quæ cineres Iouis texit: uellet Iuno punicā urbē poſthabitam Samo dilectam ab Aeneadaꝝ utiq; genere deleri: quod ſciā hic illius arma: hoc currus fuit: hoc regnum dea gentibus eſſe. Si qua fata ſinant: iam tū tenditq; fouetq;. Miſera illa coniunx Iouis & ſoror aduerſus fata non ualuit: plane fato ſtat iuppiter ipſe. Nec tantum tamen honoris romani dicauerunt fatis dedentibus ſibi Carthaginem aduerſus deſtinatum: uotumq; Iunonis quantum proſtitutiſſimę lupę Laurentinę.

De regno deorum. Caput. xxv.

Lures deos ueſtros regnaſſe certum eſt. Igitur ſi cōferendi impii tenet poteſtatē p cum ipſi regnarent a ꝗbus acceperant eam gratiā: q̄ coluerat Saturnus & Iuppiter aliquem opinor Stercolum: Sed romāi poſtea cū indigenis cultoribus ſuis: etiam ſi qui nō regnarunt: tamē regnabatur ab aliis nondū cultoribus ſuis: ut qui nōdum dii habebātur. Ergo alioꝝ eſt regnū dare: ꝗa regnabatur multo anteq̄ iſti dii inciderētur: ſed q̄ uanum eſt faſtigiū romani nominis religioſitatis meritis deputare: cum poſt impium ſiue adhuc regnū religio ꝓfecerit: Age iam rebus religio ꝓfecerit: nā & ſi a Numa cōcepta eſt curioſitas ſupſtitioſa: nōdū tamen aut ſimulachris: aut tēplis res diuina apud romanos cōſtabat: frugi religio & pauperes ritus: & nulla capitolia certantia ad cœlū: ſed temeraria de cęſpite altaria & uaſa adhuc ſamia: & nidor ex illis: & deus ipſe nuſq̄: Nōdum .n. tunc ingenia gręcoꝝ atq; thuſcoꝝ fingendis ſimulachris urbē innundauerāt. Ergo nō ante religioſi romani q̄ magni. Ideoq; nō ob hoc magni ꝗa religioſi. At quin quomodo ob religionem magni quibus magnitudo de irreligioſitate ꝓuenit: ni fallor. n. omne regnum uel impium bellis queritur & uictoriis propagatur: porro bella & uictoriæ captis & euerſis plurimū urbibus conſtant. Id negocium ſine deoꝝ iniuria nō eſt: cędem ſtrages mœnium & templorum: pares cędes ciuium & ſacerdotū. Nec diſſimiles rapinæ ſacraꝝ diuitiaꝝ & ꝓphanaꝝ: tot igitur ſacrilegia romanoꝝ quot trophea: tot de diis quot de gētibus

triumphi: tot manubiæ quot manent adhuc ſimulachra captiuorum deorum: & ab hoſti bus ergo ſuis ſuſtinent adorari: & illis imperium ſinefine decernunt: quorum magis iniu rias q̄ adulatiões remuneraſſe debuerant. Sed qui nihil ſentiunt: tam impune lęduntur q̄ fruſtra coluntur: certe non poteſt fidei conuenire: ut religiõis meritis excreuiſſe uideantur: qui ut ſugeſſimus religioné: aut lædendo creuerunt: aut creſcendo læſerunt etiã illi quoꝝ regna conflata ſunt in impii romani ſummã: cũ ea amitterent ſine religionibus nõ fuerũt.

De regno dei. Caput. xxvi.

u Idete igitur ne ille regna diſpenſet: cuius eſt & orbis qui regnatur & homo ipſe q regnat: ne ille uices dominationum ipſis temporibus in ſęculo ordinauerit: qui ante omne tempus fuit: & ſæculum corpus temporum fecit: nec ille ciuitates extollat aut deprimat: ſub quo fuit aliquando ſine ciuitatibus genus hominum. Quid erratis? prior eſt quibuſdam diis ſuis. Silueſtris Roma ante regnauit: q̄ tantum ambitum capitolii extrueretur. Regnauerunt & babylonii ante põtifices: & Medi ante. xv. uiros: & Aegyptii ante Salios: & Aſſyrii ante Lupercos: & Amazones antę uirgines ueſtales. Poſtremo ſi romanæ religiones regna præſtant nunq̄ retro iudea regnaſſet deſpectrix cõmunium iſtarum diuinitatum cuius & deum uictimis. & templum donis: & gentem fœderibus aliquandiu romani honoraſtis: nunq̄ dominaturi eius ſi deo non deliquiſſet: ultimo i chriſtum. Satis hæc aduerſus intentationem læſę diuinitatis: quo nõ uideamur lędere eam quam oſtendimus non eſſe.

De ſpiritu demoniaco. Caput. xxvii.

i Gitur ꝓuocati ad ſacrificandum obſtruimus gradum ꝓ fide cõſcientiæ noſtre: qua certi ſumus ad quos iſta perueniant officia ſub imaginum ꝓſtitutiõe & humanoꝝ nominum conſecratione. Sed quidam dementiam exiſtimãt: quod cũ poſſimus & ſacrificare in præſenti & illæſi abire manente apud animum ꝓpoſito obſtinationem ſaluti præferamus. Datis. ſ. cõſilium quo uobis abutamur: ſed agnoſcimus unde talia ſuggerantur: quis totum hoc agitet? & quomodo nunc aſtutia ſuadendi: nunc duricia ſæuiendi ad conſtantiam noſtram deiiciendam operetur? Ille. ſ. ſpiritus demoniacæ & angelicæ paraturæ: qui noſter ob diuortium ęmulus: & ob dei gratiam inuidus de mẽtibus ueſtris aduerſus nos præliatur: occulta inſpiratione modulatis & ſubornatis ad omnem quam in primordio exorſi ſumus: & iudicandi peruerſitatem & ſæuiẽdi iniquitatem. Nã licet ſubiecta ſit nobis tota uis demonum: & eiuſmodi ſpiritum: ut neq̄ tamen & ſerui metu nõnunq̄ cõtumaciam miſcent: & lędere geſtiunt: quos alias uerentur: odium. n. etiam timor ſpirat pręterq̄ & deſperata cõditio eoꝝ ex prædãnatione ſolatium reputat fruendæ iteꝝ malignitatis de penę mora: & tamen appræhenſi ſubiguntur & conditioni ſuæ ſuccidunt: & quos de lõginquo oppugnãt de proximo obſecrant. Itaq; cum uice rebellantium ergaſtuloꝝ ſiue carceꝝ uel metalloꝝ: uel hoc genus penalis ſeruitutis erũpunt: aduerſum nos in quoꝝ poteſtate ſunt: certi & impares ſeeẽ & hoc magis ꝑditos ingratis reſiſtimus: & ęquales repugnamus: ꝑſeuerantes in eo qđ oppugnant: & illos nunq̄ magis detriumphamus q̄ cũ ꝓ fidei obſtinatione dãnamur.

De regno imparatoris. Caput. xxviii.

q Voniam autem facile iniquum uideretur liberos homines inuitos urgeri ad ſacrificandum. Nam & alias diuinę rei faciẽdę libens animus inducitur: certe ineptũ exiſtimaretur: ſi quis ab alio cogeretur ad honoré deoꝝ quos ultro ſui cauſa placare deberet: ne pręmanu eſſet iure libertatis dicere. Nolo mihi Iouem ꝓpitium: Tu qui es? me conueniat Ianus iratus ex qua uelit fronte. Quid tibi mecum eſt formati eſtis ab iiſdem utiq; ſpiritus uti nos pro ſalute imperatoris ſacrificare cogatis & impoſita eſt tã uobis neceſſitas cogendi q̄ nobis obligatio periclitandi. Ventum eſt igitur ad ſecundum titu

lum lęſę auguſtioris maieſtatis. Si quidem maioreformidine & calidiore timiditate Cęſarem obſeruãtis q̃ ipſum de olympo Ioue ẽt merito ſi ſciatis. Quis. n. ex uiuentibus nõ cuilibet mortuo potior? Sed nec hoc uos ratiõe facitis potius q̃ reſpectu preſentaneæ poteſtatis. Adeo & in iſto irreligioſi deos ueſtros erga: Deprehendimini: cũ plus timoris humano dominio dicatis citius deniq; apud uos per omnes deos q̃ per unum genium Cęſaris peieratur.

An poſſint prodeſſe Idola. Caput. xxviiii.

[c] Onſtet igitur prius ſi iſti quibus ſacrificatur ſalutẽ impatoribus uel cuilibet homini impertiri poſſunt. & ita nos crimini addicite. Si angeli aut Demones ſubſtantia peſſimi ſpiritus beneficiũ aliquod operantur: ſi perditi conſeruant: ſi dãnati liberant: ſi deniq; quod conſcientia noſtra eſt: mortui uiuos tuentur. Nam utiq; ſuas primo ſtatuas & imagines & ædes tuerẽtur: quæ ut opinor Cęſarum milites excubiis ſalua pręſtant: puto aũt hæ ipſe materiæ de metallis Cæſa℞ ueniunt: & tota tẽpla de nutu Cęſaris conſtant: multi deniq; Dii habuerunt Cæſarẽ iratũ. Facit ad cauſam ſi & ꝓpitiũ cum illis aliquid liberalitatis aut priuilegii cõfert. Itaq; ſunt in Cęſaris poteſtate cuius & toti ſunt qũo habebunt ſalutem cęſaris in poteſtate: ut eã pręſtare poſſe uideantur quam facilius ipſi a Cęſare conſequuntur.

De poteſtate Imperatorum. Caput. xxx.

[i] Deo ergo committimus in maieſtatẽ Imperatoris qa illos nos ſubicimus rebus ſuis: quia non ludimus de officio ſalutis ipſo℞ qui eã non putamus in manibus eẽ plumbatis. Sed uos religioſi qui eã quęritis ubi non eſt petitis a quibus dari nõ poteſt preterito eo in cuius eſt poteſtate: Inſuper eos debellatis qui eã ſciunt petere: qui ẽt poſſint impetrare: dũ ſciunt petere. Nos. n. ꝓ ſalute Imperato℞ deum uocamus ęternũ deũ ue℞ & deum uiuũ: quem & ipſi Impatores propitium ſibi preter cæteros malũt: Sciunt quis illis dederit imperium: ſciunt qui homines: quis & anima ſentiunt eum deum eſſe ſolum: in cuius ſolius poteſtate ſunt: a quo ſunt ſecundi: poſt quẽ primi ante omnes & ſuper omnes deos: qui diu cum ſuper oẽs hoĩes qui utiq; uiuunt & mortuis antiſtant recogitant quouſq; uires imperii ualeant & ita deum intelligunt aduerſus quem ualere non poſſunt p eum ualere ſe cognoſcunt: cęlum deniq; debellet Impator: cęlum captiuũ triũpho ſuo inuehat: cœlo mittat excubias: cœlo uectigalia imponat. Nõ poteſt: ideo magnus ẽ: quia cœlo minor eſt: illius enim eſt ipſe cuius & cœlũ eſt: & oĩs creatura: inde eſt impator unde & homo: anteq̃ impator: inde poteſtas illi. unde & ſpiritus illuc ſuſcipientes chriſtiani manibus expanſis quia innocuis: capite nudo quia non erubeſcimus: deniq; ſine monitore: quia de pectore oramus: precantes ſumus omnes ſemp ꝓ omnibus: imperatoribus uitam illis prolixã: impium ſecu℞: domum tutam: exercitus fortes. ſenatũ fidelẽ: populum ꝓbum: orbẽ quietum: & quecunq; hoĩs & cęſaris uota ſunt. Hęc ab alio orare non poſſum: q̃ a quo ſcio me conſequutu℞: quoniam & ipſe eſt: qui ſolus pręſtat: & ego ſum cui impetrare debetur famulus eius qui eũ ſolũ obſeruo: qui ei offero opimã & maiorẽ hoſtiam: quam ipſe mandauit: orationem de carne pudica de anima innocenti de ſpiritu ſancto profectã. Non grana thuris unius aſſis a radice arboris lachrymas: nec duas meri guttas nec ſanguinẽ reprobi hoĩs mori optantis: & poſt oĩa inquinamenta: etiam conſciẽtiam ſpurcam: ut mirer: cum hoſtię probentur: penes uos a uitioſiſſimiſ ſacerdotibus cum quibus pręcordia potius uictima℞ q̃ ipſorum ſacrificantium examinãtur. Sic itaq; nos ad deum expãſos ungulę fodiant cruces ſuſpendãt: ignes lambant gladii guttura detruncẽt beſtię inſiliant: paratus eſt ad omne ſupplicium ipſe habitus orantis chriſtiani. Hoc agite boni pręſides: extorquete animam deo ſupplicantẽ pro imperatore: hic erit crimen. ubi ueritas & dei deuotio eſt.

De oratione pro inimicis. Caput. xxxi

Dulati nunc ſumus Imperatori: & mentiti uota quę diximus ad euadēdam. ſ.
a uim plane ꝑficit iſta fallatia. Admittitis eni nos ꝓbare quodcunqꝫ defēdimuſ.
Qui ergo putaueris nihil ad nos de ſalute Cæſaꝶ curare. Inſpice dei uoces litte
ras noſtras quas neqꝫ ipſi ſupprimimus: & pleriqꝫ caſus ad extraneos tranſferunt. Scito-
te ex illis preceptum eſſe nobis ad redundantiā benignitatis: etiam pro inimicis deū ora-
re: & pſequutoribus noſtris bona precari: q magis inimici & pſequutores chriſtianorum
q̄ de quorum maieſtate conuenimur in crimē: ſed etiam nominatim atqꝫ manifeſte: orate
inquit pro Regibus & pro principibus & poteſtatibus ut oia tranquilla ſint ſſobiſcum
enim concutitur Imperium concuſſis etiam cæteris membris eius: utiqꝫ & nos licet extra
nei a turbis eſtimemur in aliquo loco caſus inuenimur.

Item pro Imperio & poteſtate Romanorum. Caput. xxxii.

e St & alia maior neceſſitas nobis orandi pro imperatoribus: etiam pro omni ſta
tu Imperii: rebuſqꝫ romāis q uim maximā uniuerſo orbi iminentē ipſamqꝫ clau
ſulam ſeculi: accerbitates horrendas cōminātem Romani imperii cōmeatu ſcimus retar
dari. Itaqꝫ nolumus experiri: & dum precamur differri. Romanę diuturnitati fauemus.
Sed & iuramus ſicut nō p genios cęſarum ita p ſalutem eoꝝ quæ eſt auguſtior omnibus
geniis: Neſcitis genios demonas dici: & inde diminutiua a uoce demonia. Nos iudicium
dei ſuſpicimus in Imperatoribus qui gentibus illos præfecit: id in eis ſcimus eſſe quod de
us uoluit & pro magno adiuuamento habemus. Cæteꝝ demonas. i. genios adiuuare con
ſueuimus ut illos de hominibus exigamus non deierare ut illis honorem diuinitatis con-
feramus.

De Imperatore Caput. xxxiii.

Ed quid ego amplius de religione atqꝫ pietate chriſtiana in Imꝑatore qua neceſſe
f eſt. Suſpiciamus ut eum quē dominus noſter elegerit: ut merito dixerim noſter
eſt magis Cæſar ut a noſtro deo conſtitutus: Itaqꝫ ut in eo plus: ego illi operor ī
ſalutem: Si quidem non ſolum ab eo poſtulo eam qui poteſt preſtare: aut quod talis po-
ſtulo: qui merear impetrare. Sed etiam qꝫ temperans maieſtatem Cæſaris infra deum ma
gis illum cōmendo deo cui ſoli ſubiicio. Subiicio autem cui non adæquo. Non enim deū
imperatorem dicam: uel quia mentiri neſcio: uel quia illlum deridere non audeo: uel quia
nec ipſe ſe deum uolet dici: ſi homo ſit intereſt homini deo cedere. Satis habebat appella-
ri Imperator. Grande & hoc nomen eſt: quod a deo traditur: negat illum imperatorem q
deum dicit: niſi homo ſit non eſt Imperator. Hominem ſe eſſe etiam triumphans in illo
ſublimiſſimo curru admonetur. Suggeritur enim ei a tergo. Reſpice poſt te. Hominem
memento te. etiam utiqꝫ hoc magis gaudet: tanta ſe gloria corruſcare ut illi admonitio cō-
dictionis ſue ſit neceſſaria. Minor erat ſi tunc deus diceretur. Maior eſt qui reuocatur ne
ſe deum exiſtimet.

De Auguſto Imperatore Caput. xxxiiii.

Vguſtus imperii formator ne dominum quidem dici ſe uolebat: & hoc enim dei
a eſt cognomen. Dicam plane imꝑatorem dominū ſed more cōi. Sed q̄do non co
gor ut dominū dei uice dicā. Cæteꝝ liber ſum illi. Dominus. n. meus unus ē de-
us oipotens æternus: idem q & ipſius q pater patrię ē: qūo dominus ē. Sed & gratius no
men ē pietatis q̄ ptātis: etiam familiæ magis patres q̄ domini uocātur: tanto abeſt: ut im
ꝑator deus debeat dici: quod nō pōt credi nō modo turpiſſima: ſed & ꝑniciosa adulatiōe:
tanq̄ ſi habens imꝑatorem alteꝝ appelles: nōne maximam & inexorabilē offenſam cōtra
hes: eius q̄ habuiſti: etiam ipſi timendam quē appellaſti: eſto religioſus in deum qui uis il
lum propitium imꝑatori: deſine alium deum credere: atqꝫ ita & hunc deum dicere. cui deo
opus eſt: ſi nō de mendacio erubeſcit adulatio: eiuſmodi hominem deum appellans: time
at ſaltem de infauſto. Maledictum eſt ante Apotheoſin deum Cæſarem nuncupare.

De ſolennibus cęſarum. Caput. xxxv.

p Ropterea igitur publici hoſtes chriſtani: quia impatoribus neq; uanos neq; mētientes neq; temerarios honores dicant: quia uerę religionis hoīes etiam ſolēnia eoꝝ conſcientia potius q̄ laſciuia celebrant grande uidelicet officiū focos & choros in publicū educere: uicatim epulari: ciuitatem tabernę habitu abolefacere: uino lutū cogere: cateruatim curſitare ad iniurias: ad impudentias ad libidinis illecebras ſiccine exprimitur publicū gaudiū p publicū dedecus. Hęc cine ſolennes dies principum decent: quæ alios dies non decent: qui obſeruat diſciplinā de Cæſaris reſpectu: hi eam ꝑpter Cæſarem deſerunt: & maloꝝ morum licētia pietas erit: occaſio luxurię religio deputabitur. O nos merito damnandos: cur. n. uota & gaudia Cęſaꝝ caſti & ſobrii & probi expungimus: cur die lęto nō laureis poſtes obūbramus? nec lucernis diem infringimus? honeſta res & ſolennitate publica exigente inducere domui tuę habitum alicuius noui lupanaris: uelim tamen in hac quoq; religione ſecundę maieſtatis: de qua in ſecūdū ſacrilegiū conuenimur chriſtiāi nō celebrādo uobiſcū ſolēnia cęſaꝝ: quo more celebrari nec modeſtia nec uerecūdia nec pudicitia pmittunt. Sed occaſio uoluptatis magis q̄ digna ratio pſuaſit fidem & ueritatem nr̄am demonſtrare: ne forte & iſtic deteriores chriſtiani depręhendantur: q nos nolūt romanos haberi. Sed ut hoſtes principū romanoꝝ ipſos quirites ipſam uernaculā ſeptem colliū plæbem conuenio an alicui cęſari ſuo parcat illa lingua Romana: Teſtis & tyberis & ſcholæ beſtiarū. Iam ſi pectoribus ad tranſlucendum quādā ſpecularem materiā natura obduxiſſet cuius non præcordia inſculpta apparent: ac noui cæſaris ſcenā congiario diuidendo pręſidentis: etiā illa hora qua acclamant de noſtris ānis: Augeat tibi Iupiter annos. Hæc chriſtianus tam enunciare non nouit q̄ diu de nouo cęſare optare: Sed uulgus inquis ut uulgus: Tamen Romani. nec illi magis depoſtulatores chriſtianoꝝ q̄ uulgus: plane cæteri ordines ꝓ auctoritate religioſi ex fide: nihil hoſti cū de ipſo ſenatu de equite de caſtris de palatiis ipſis ſpirant. Vnde Caſſii & nigri & Albini unde qui inter duas lauros obſident Cæſarē: unde qui faſcibus eius exprimendis paleſtritam exercent: unde qui armati palatiū irrumpunt. Oībus tot ſigeriis atq; partheniis audaciores de romanis niſi fallor ideſt de non chriſtianis: atq; adeo oēs illi ſub ipſa uſq; impietatis eruptione: & ſacra faciebant pro ſalute impatoris & geniū eius deierabant: alii foris alii intus: & utiq; publicoꝝ hoſtium nomen chriſtianis dabant: Sed qui nunc ſceleſtarū partiū ſocii aut plauſores quotidie reuelantur poſt uidemiā parricidaꝝ racematio ſupſtes q̄ recentiſſimis & ramoſiſſimis laureis poſtes præſtruebant: q̄ elatiſſimis & clariſſimis lucernis ueſtibula enubilabant: q̄ cultiſſimis & ſupbiſſimis toris foꝝ ſibi diuidebāt non ut gaudia publica celebrarent. Sed ut uota ꝓpria iam edicerent in aliena ſolemnitate exemplum atque imaginem ſpei ſuæ inaugurarent nomen: Principis in corde mutantes eadem officia dependunt & qui aſtrologos & Aruſpices & Augures & Magos de cęſarum capite conſultant quas artes ut ab Angelis deſertoribus proditos: & a Deo interdictas ne ſuis quidem cauſis adhibent chriſtiani: cui autem opus eſt perſcrutari ſuper cæſaris ſalute: niſi a quo aliquid aduerſus illam cogitatur uel optatur: aut poſt illā ſperatur & ſuſtinetur non enim ea mente de charis conſulitur qua de dominis aliter curioſa eſt ſolicitudo ſanguinis aliter ſeruitutis.

De ęqualitate oīum perſonarum. caput. xxxvi.

s I hæc ita ſunt ut hoſtes deprehendātur q Romani uocabātur: cur nos q hoſtes exiſtimamur Romani negamur. Non poſſumus & romani nō eſſe & hoſtes eē: cū hoſtes reperiātur q romani habebātur adeo pietas & religio & fides impatoribus dedita non in huiuſmodi officiis cōſiſtit qbus & hoſtilitas magis ad uelamētū ſui

poteſt fungi: ſed in his moribus: qbus diuinitas iperat tã uere q̃ circa oẽs neceſſe habet ex
hiberi: neq;.n. hęc opera bonæ mẽtis ſolis impatoribus debẽtur a nobis nullũ bonũ ſub-
exceptione perſonaꝝ adminiſtramuſ: quia nobis præſtamus: qui non ab homine aut lau
dis aut premii expenſũ captamus. Sed a deo exactore & remuneratore indifferentis beni
gnitatis Iidẽ ſumus impatoribus q & uicinis nr̃is. Male.n.uelle malefacere: male dicere:
male cogitare de quoq̃ ex æquo uetamur: quodcũq; nõ licet ĩ impatorẽ id nec in queq̃ qđ
ĩ neminẽ eo forſitã magis: nec ĩ ipſum q p deũ tãtus ẽ. Ne malũ cõtra malũ. c. xxxvii:

I nimicos ut ſupra diximus iubemur diligere quẽ habebimus odiſſe? Itẽ ſi læſi
s uicẽ referre ꝓhibemur: ne de facto pares ſimus: quẽ poſſumus lædere? Nam de
iſto ipſi recognoſcite. quotiẽs.n. in chriſtianos deſeuitis partim aĩs ꝓpriis parti
legibus obſequẽtes. Quotiens ẽt præteritis uobis ſuo iure nos inimicũ uulgus inuadit la
pidibus: & incẽdiis ipſis Bacchanaliũ furiis: nec mortuis parcũt chriſtianis: qn illos de re
quie ſepulture de Aſilo quodã mortis iã alios iã nec totoſ auellant diſſecent diſtrahãt. qđ
tamen de tã conſpiratis inq̃ denotatis de tã aĩatis ad mortẽ uſq; ꝑ iniuria repenſatis: q̃do
uel una nox pauculis faculis largiter ultiõis poſſet opari. Si malũ malo diſpũgi penes noſ
liceret. Sed abſit ut aut igni humano uindicetur diuina ſecta: aut doleat pati in quo ꝓba
tur: ſi.n & hoſtes extractos nõ tãtum iudices occultos agere uellemus: deeſſet nobis uis
numeroꝝ & copiaꝝ. Plures nimiꝝ Mauri & Marchomani ipſiq; parthi: uel q̃tæcũq; uni
us tamen loci & ſuoꝝ finium gentes q̃ totius orbis exteſni ſumus: & ur̃a oĩa impleuimuſ
urbes: inſulas: caſtella: municipia: conciliabula: caſtra ipſa tribus decurias: palatiũ: ſena-
tum: foꝝ: ſola uobis relinquimus tẽpla: cui bello non idonei. non ꝓmpti fuiſſemus: etiã
impares copiis: q tã libenter trucidamur. Si nõ apud iſtã diſciplinam magis occidi lice-
ret q̃ occidere: potuimus & inermes nec rebelles: ſed tantũmodo diſcordes ſolius diuor-
tii: inuidia aduerſus uoſ dimicaſſe. Si.n. tanta uis hoĩum in aliquẽ orbis remoti ſinũ abrũ
piſſemus a uobis ſuffudiſſet utiq; damnationẽ ueſtrã: tot qualiũcunq; amiſſio ciuiũ imo
etiã: & ipſa deſtitutione puniſſet ꝓculdubio expauiſſetis ad ſolicitudinẽ nr̃am ad ſilentiũ
reoꝝ & ſtuporẽ quendã: q̃ſi mortuæ urbis q̃ſiſſetis: qbus in ea imparetis plures hoſtes q̃
ciues uobis remãſiſſent: nũc.n. pauciores hoſtes habetis præ multitudĩe chriſtianoꝝ pœ
ne oĩum ciuiũ pœne oẽs ciues chriſtiãos habẽdo. Sed hoſtes maluiſtis uocare generis hu
mani. Q uis aũt nos ab illis: occultis: & uſq; quaq; uaſtantibus mentes & ualitudĩes ue
ſtras hoſtibus raperet? A demonioꝝ incurſibus dico: q̃ de uobis ſine præmio ſine merce-
de depellimus. Suffeciſſet hoc ſolũ noſtrę ultioni q; uacua ex inde poſſeſſio ĩmundis ſpiri
tibus pateret: porro nec tanti præſidii cõpenſationẽ cogitantes nõ modo non moleſtũ uo
bis genus: ueꝝ etiam neceſſarium hoſtes iudicare maluiſtis: quia ſumus plane nõ generis
humani: ſed potius tamen erroris. De cœtu. Caput. xxxviii.

p Roinde nec paulo lenius ĩter licitas factiões ſectã iſtã deputari oportebat: a q̃ nihil
tale cõmittitur: q̃le de illicitis factionibus timeri ſolet. Niſi fallor.n. ꝓhibẽdaꝝ fa
ctionũ cã. De ꝓuidentia cõſtat modeſtia publica: ne ciuitas in ptes ſcĩderetur: q̃ res facile
comitia cõſilia curias cõciones ſpectacula ẽt emulis ſtudioꝝ cõpulſationibus ĩquietaret:
cũ iã & in q̃ſtu habere cœpiſſet uenalẽ & mercenariã hoĩes uiolentię ſuę operã. At.n. no-
bis oĩ glorię & dignitatis ardore frigentibus nulla ẽ neceſſitas cœtus: nec ulla magis res
aliena q̃ publica. Vnã oẽm rempublicã cognoſcimus mundũ. Aeq; ſpectaculis ueſtris ĩ
tantũ renuntiamus: in quantũ originibus eoꝝ: quas ſcimus de ſupſtitione conceptas: cũ
& ipſis rebus de quibus exiguntur pręterimus. Nihil eſt nobis dictu uiſu auditu cũ inſa
nia circi: cum impudicitia theatri: cũ atrocitate harenę: cum xyſti uanitate: quo nos offen
dimus. Si alias pręſumimus uoluptateſ. Si oblectari nouiſſe nolumuſ noſtra iniuria ẽ: ſi

forte noſtra non ueſtra: ſed reprobamus quę placent uobis: nec uos noſtra delectãt. Sed
licuit epicureis aliquam decernere uoluptatis ueritatem. i. animi æquitatem & ampla ne
gocia.

De diſciplina chriſtianorum. Caput. xxxix.

Dam iam nunc ipſe negocia chriſtianæ factionis: ut qui mala refutauerim bona
e ostendam: corpus ſumus de cõſcientia religionis & diſciplinæ uanitate & ſpei fœ
dere. Coimus in cœtum & aggregationem: ut ad deum quaſi manu facta preca
tionibus ambiamus orantes. Hęc uis deo grata eſt: oramus etiã pro imperatoribus ꝓ mi
niſtris eorum ac poteſtatibus pro ſtatu ſęculi pro reꝝ quiete ꝓ mora finis: coimus ad lit
terarum diuinarũ cõmemorationem: ſi quid pręſentium tempoꝝ qualitas aut præmone
re cogit: aut recognoſcere: Certe fidem ſanctis uocibus paſcimus: ſpem erigimus: fiduciã
figimus: diſciplinam præceptoꝝ nihilominus inculcationibus denſamus. Ibidem etiam
exhortationes caſtigationes: & cenſura diuina. Nam & iudicatur magno cum pondere ut
apud cęteros de dei conſpectu: ſũmumq; futuri iudicii pręiudiciũ eſt. Si quis ita delique-
rit: ut a cõmunicatione orationis & cõuentus & omnis ſancti cõmertii religetur: pręſidẽt
probati quinq; ſeniores honorẽ iſtum non pretio ſed teſtimonio adepti: neq;. n. pretio ul-
la res dei conſtat: etiam ſi quod arte genus eſt: non de oneraria ſũma quaſi redemptæ reli-
gionis congregatur. Modicam unuſquiſq; ſtipem menſtrua die uel cum uelit & ſi modo
poſſit apponit. Nã nemo compellitur ſed ſpõte confert. Hęc quaſi depoſita pietatis ſũt:
nam inde non epulis nec potaculis nec in gratiis uoratrinis diſpenſatur. Sed ęgenis alẽdis
humandiſq; & pueris ac pupillis re ac parentibus deſtitutis iamq; domeſticis ſenibus. Itẽ
naufragiis: & ſi qui in metallis: & ſi qui in inſulis: uel in cuſtodiis duntaxat ex cauſa dei ſe-
ctę alumni confeſſionis ſuę fiunt. Sed eiuſmodi uel maxime dilectionis opatio notam no
bis meruit penes quoſdam. Vide inquiũt ut inuicem ſe diligant: ipſi enim inuicẽ oderũt:
& ꝓ alterutro mori ſunt parati. Ipſi enim ad occidendum alterutrum paratiores erunt.
Sed & ꝙ fratres nos uocamus: non alias opinor inſaniunt q̃ ꝙ apud ipſos omne ſanguinis
nomen de affectatione ſimulatum eſt. fratres etiam ueſtri ſumus iure naturę matris uni-
us: & ſi parum homines uos: quia mali fratres. At quanto dignius fratres & dicuntur &
habentur: qui unum patrẽ deum agnouerunt: qui unum ſpiritum biberunt ſanctitatis: q
de uno utero ignorantię eiuſdẽ ad unam lucem expauerint ueritatis: ſed eo fortaſſe minuſ
legitimi exiſtimamur: quia nulla de noſtra fraternitate tragœdia exclamat. uel quia ex ſub
ſtantia familiari fratres ſumus; quę penes uos fere dirimit fraternitatem. Itaq; qui animo
animaq; miſcemur: nihil de rei cõicatione dubitamus: omnia indiſcreta ſũt apud nos præ
ter uxores. In illo loco conſortium ſoluimus in quo ſolo cęteri homĩes conſortiũ exercẽt:
qui nõ amicorum ſolũmodo matrimonia uſurpãt: ſed & ſua amicis patientiſſime ſubmi
niſtrant: ex illa credo maioꝝ & ſapientiſſimoꝝ diſciplina Gręci Socratis & Romani Ca
tonis qui uxores ſuas amicis cõmunicauerunt: quas in matrimoniũ duxerant: liberoꝝ cã
& alibi creandoꝝ: neſcio quidẽ an inuitas: quid. n. de caſtitate curarent: quam mariti tam
facile donauerant? O ſapientia atticę. o romanę grauitatis exẽplum: Leno eſt phũs & cẽ
ſor: quid ergo mirũ ſi tanta caritas cõuiolatur? Nã & cœnulas noſtras pręterq̃ ſceleris ĩfa
mes ut ꝓdigas ſugillatis: de nobis. ſ. Diogenis dictũ eſt. Megarenſes obſonãt: quaſi cra
ſtina die morituri: Sed ſtipulã quis in alieno oculo facilius pſpicit q̃ in ſuo trabẽ. Tot tri-
bubus & curiis & decuriis ructantibus aceſit aer: ſi aliis cœnaturis creditor erit neceſſari-
us herculanaꝝ decimanaꝝ polinctoꝝ ſumptu ſtabularii ſupputabũt. A paturiis Diony
ſiis myſteriis atticis coquoꝝ dilectus indicitur ad fumum cœne Sarapicæ ſparteoli exci-
tabuntur: de ſolo triclinio chriſtianoꝝ retractatur. cœna noſtra de nomine rationem ſuã

oſtendit id quod uocatur: quod dilectio penes grecos quantiſcunq; ſumptibus conſtet: lucrũ eſt pietatis nomine facere ſumptũ: ſiquidem inopes quoſq; refrigerio iſto iuuamuſ non qua penes uos paraſiti affectãt ad gloriã famulandę libertatis ſub auctora mẽto uẽtris ĩter contumelias ſaginãdi: ſed qua penes deum maior eſt cõtemplatio mediocrium: Si honeſta cauſa eſt cõmunium reliquum ordinem diſciplinæ de cauſa eſtimate: quid ſit de religionis officio nihil utilitatis niſi immodeſtię admittit: non prius diſcumbitur: quã oratio ad deum prægustetur: editur quantum eſurientes capiunt. Bibitur quãtũ pudicis eſt utile: ita ſaturantur ut qui meminerint etiam per noctem adorandũ deũ ſibi eſſe. Ita fabulantur ut qui ſciant dominũ audire: poſt aquã manualẽ & lumina: ut quiſq; de ſcripturis ſanctis uel de proprio ingenio poteſt prouocatur ĩ mediũ deo canere: hinc ꝓbatur quõ biberit. Aeq; oratio cõuiuium dirimit: inde diſcenditur non in cateruas ceſionũ neq; in claſſes diſcurſationũ: nec in eruptiones laſciuiaꝝ. Sed ad eãdẽ curam modeſtiæ & pudicitiæ: ut q non tam cœnã cœnauerint q̃ diſciplinam. Hęc coitio chriſtianoꝝ merito ſane illicita: ſi illicitis par: merito damnanda ſi quiſ de ea quæritur eo titulo quo de factionibus quærela eſt: in cuius pniciem aliquãdo conuenimus. Hoc ſumus congregati: quod & diſpſi. hoc uniuerſi quod & ſinguli neminẽ ledente neminem contriſtantes cũ ꝓbi: cũ boni coeunt: cũ pii: cum caſti congregantur: non eſt factio dicenda ſed curia. At econtrario illis nomen factionũ accõmodandum eſt. qui in odium bonorum & proborum conſpirant: qui aduerſum ſanguinem innocentium conclamant: prætexentes ſane ad odii defenſionem illam quoq; uanitatem: qd' exiſtiment omnis puplicę cladis: omnis popularis incommodi chriſtianos: eſſe cauſam: ſi tyberis aſcendit in mœnia: ſi nilus non aſcendit ĩ arua: ſi cœlum ſtetit: ſi terra mouit: ſi fames: ſi lues. Statim chriſtianus ad lenonẽ acclamatur: tantos ad unũ Oro uos ante Tyberium. i. ante chriſti aduentũ quantę clades orbem & urbẽ ceciderunt. Legimus Hieramapeam & delon & rhodon & choon ĩſulas multis cũ milibus hominum peſſum abiiſſe. Memorat & plato maiorẽ Aſiæ & Aphricæ terram atlantico mari ereptam. Sed & mare corinthium terręmotus ebibit: & uis undarum lucaniam abſciſſam in Sicilię nomen relegauit. Hæc utiq; non ſine iniuria incolẽtium accidere potuerunt: ubi uero tunc non dicam deoꝝ ueſtrorum contemptores chriſtiãi: ſed ipſi dii ueſtri cum totum orbem cathacliſmus aboleuit: uel ut Plato putauit campeſtre ſolummodo. poſteriores enim illos clade diluuii conteſtantur ipſę urbes: in quibus nati mortuiq; ſunt: etiã quas cõdiderunt: neq; enim alias in hodiernum manerent: niſi & ipſæ poſthumę cladis illius. Nondũ iudeum ab ægypto examen paleſtina ſuſceperat: nec iã illic chriſtianæ ſectę origo conſederat: cũ regiones ac fines eius Sodoma & Gomora igneus imber excuſſit: olet adhuc incendio terra: & ſi qua illic arboꝝ poma oriantur oculis tenus: cęterum contacta cinereſcunt. Sed nec Thuſcia iã tunc atq; campania de chriſtianis querebantur: cum uulſcinios de cœlo pompeios de ſuo mõte ꝓfudit ignis: nemo adhuc Romę deum uerũ adorabat cum Annibal apud cãnas p romãos annulos cędes ſuas modio metiebatur: oẽs dii ueſtri ab omnibus colebantur: cũ ipſum capitolium ſenones occupauerant.

De aduerſis urbibus. Caput. xl.

e

T bene quod ſi quid aduerſi accidit urbibus cędem clades temploꝝq; & mœniumq; fuerunt: ut iam hoc reuincã non ab eis euenire: quia & ipſis euenit. Semp & humana gens male de deo meruit: primo quidẽ ut inofficioſa eius: quẽ cum ĩtelligeret ex parte non requiſiui. ſed & alios inſuper ſibi cõmentata quos coleret: dehinc quod non inquirendo ĩnocentię magiſtrum & nocentię iudicem & exactorẽ omnibus uitiis & criminibus inoleuit. Cęteꝝ ſi requiſiiſſet: ſequebat ut cognoſceret requiſitũ & reco

gnitum obſeruaret: & obſeruatum magis propitium experriretur q̃ iratum. Eundem ergo nunc quoq; ſcire debet iratum quẽ & retro ſemp priuſq̃ chriſtiani nominarẽtur: cuius bonis utebatur ante editus q̃ deos ſibi fingeret: cur non ab eo etiam mala intelligat eueni-re: cuius bona eſſe non ſenſit. Illius rea eſt cuius & ingrata etiã tamẽ ſi priſtinas clades cõparemus: leuiora nunc accidunt. ex quo chriſtianos a deo orbis accepit. Ex eo enim & innocentia ſæculi iniquitates tempauit: & deprecatores dei eẽ cœperũt: deniq; cũ ab imbribus ęſtiua hiberna ſuſpendũt & annus in cura ẽ: uos qdem quotidie paſti ſtatiq; prãſuri balneis & cauponeis & lupanaribus operãtibus. Aquilitia ioui imolatis. Nudipedalia populo denuntiatis: cœlũ apud capitoliũ q̃ritis nubila de laquearibus expectatis: auerſi ab ipſo & deo & cœlo. Nos uero ieiuniis aridi & oĩ continentia expreſſi ab oĩ uitę frugæ dilati in ſacco & cinere uolutãtes inuidia cœlũ tundimus deũ tangimus: & cũ miſericordiã extorſerimus Iuppiter honoratur.

Quod deus ſpernitur & ſtatuę adorãtur. Caput. xli.

u Os igitur importuni rebus humanis: uos rei publicoꝝ incõmodoꝝ illices ſemp apud uos deus ſpernitur: ſtatuæ adorãtur. Et. n. credibilius haberi debet eũ iraſci qui negligatur: q̃ qui coluntur. An ne illi iniquiſſimi: ſi propter chriſtianos etiã cultores ſuos lędunt: quo ſuperare deberent a meritis chriſtianoꝝ: hoc inquitis: & in deũ ueſtꝝ repcutere eſt: ſi qd & ipſe patiatur ꝓpter ꝓphanos etiã cultores ſuos lędi. Admittite prius diſpoſitiões eius: & non retorquebitis. Qui. n. ſemel ęternũ iudiciũ deſtinauit: poſt ſæculi finem non pręcipitat diſcretionẽ: q̃ eſt cõditio iudicii ante ſæculi finẽ. Aequalis eſt interim ſup oẽ hominum genus & indulgens & increpãs cõmunia uoluit eſſe & cõmoda ꝓphanis & incommoda ſuis: ut pari conſortio oẽs & lenitatẽ eius & ſeueritatẽ experiremur: quia hęc ita didicimus: apud ipſum diligimus lenitatẽ metuimus ſęueritatẽ: uos contra utranq; deſpicitis ẽt ſequitur ut oẽs ſęculi plage uobis: ſi forte in admonitionẽ nobis in caſtigationẽ a deo obueniant. Atquin nos nullo modo lędimur: in primis qa nihil noſtra refert in hoc ęuo niſi de eo q̃ celeriter excedere. Dehinc quia ſi quid aduerſi infligitur ueſtris meritis deputatur. Sed & ſi aliqua nos quoq; pſtringunt: ut uobis coherẽtes lętamur magis recognitione diuinaꝝ prędicationum confirmãtium. ſ. fiduciam & fidem ſpei noſtrę. Si uero ab eis quos colitis oĩa uobis mala eueniunt noſtri cauſa: quid colere pſeueratis? tã ingratos: tã iniuſtos qui magis uos i dolorẽ chriſtianoꝝ iurare & aſſerere debuerant: quos ſeparare deberent a meritis chriſtianoꝝ.

Contra eos qui infructuoſos dicebant chriſtianos. Caput. xlii.

ſ Ed alio quoq; iniuriaꝝ titulo poſtulamur: & infructuoſi i negotiis dicimur. quo pacto homines nobiſcum degentes eiuſdem uictus habitus inſtructus eiuſdem ad uitam neceſſitatis: neq; enim bracmanæ aut iudęoꝝ gymnaſophiſtæ ſumus ſiluicolę & exules uitę. Meminimus gratiã nos debere domino deo creatori nullũ fructũ operum eius repudiamus: plane tempamus: ne ultra modum aut pperã mutamur. Itaq; non ſine foro non ſine macello non ſine balneis: tabernis officinis: ſtabulis nundinis urĩs: cęteriſq; cõmertiis cohabitamus in hoc ſęculo. Nauigamus & nos uobiſcũ: & militamuſ & ruſticamur & mercamur: ꝓinde miſcemus artes opera noſtra publicamus uſui ueſtro. Quomodo ĩfructuoſi uidemur negociis ueſtris cũ quibus & de quibus uiuimus nõ ſcio. Sed ſi cerimonias tuas non frequento. Attamen illa die homo ſum. Non lauor diluculo ſaturnalibus ne & noctẽ & diem pdã. Attamen lauor honeſta hora & ſalubri: q̃ mihi & calorem & ſanguinem ſeruet. Rigere & pallere poſt lauacꝝ mortuus poſſũ nõ i publico liberalibus diſcũbo: qđ beſtiariis ſuprema cœnãtibus mos eſt. Attamen ubi de copiis tuis cœno nõ emo capiti coronã: qđ tua itereſt emptis nihilominus floribus qũo utar? puto

gratius eſſe liberis & ſolutis & undiq; uagis. Sed & ſi in coronã eoactis os coronam naribus nouimus: uiderint qui p capillum odorantur: ſpectaculis nõ conuenimus: q̃ tamen apud illos cœtus uendicantur: ſi deſideraueero liberius de ꝓpriis locis ſummãtur: plane non emimus. Si arabię q̃runtur ſciant Sabei pluris & carioris ſuas merces chriſtianis ſepeliendis ꝓfligari: q̃ diis fumigandis: certe inquitiis temploꝝ uectigalia quotidie decoquunt ſtipes quotus quiſq; iã iactat. Non.n. ſufficimus & hoibus & diis nr̃is mendicantibus opẽ ferre. Nec putamus aliis q̃ petentibus impartiendũ. Deniq; porrigat manũ iuppiter & accipiat cũ interim plus nr̃a miſericordia inſumit uicatim q̃ ueſtra religio tẽplatim. Sed cętera uectigalia gratias chriſtianis agent ex fide d ependentibus debitum q̃ alieno fraudando abſtinemus: ut ſi ineatur q̃tum uectigalibus pereat fraude & mendatio noſtrorum profeſſionum facile ratio haberi poſſit unius ſpeciei querela compenſata pro cõmodo cæterarum rationum.

De lenocinio. Caput. xliii.

p Lane confitebor qui nã ſi forte uere de ſterilitate chriſtianoꝝ conq̃ri poſſunt: primi erunt lenones perductores aquarioli. tum ſiccarii uenarii magi item aruſpices arioli mathematici. his infructuoſos eſſe magnus fructus eſt. & tamẽ quodcunq; diſpendiũ eſt rei noſtræ: per hanc ſectã cum aliquo præſidio cõpẽſari poteſt.

De exorciſmate. Caput. xliiii.

q Vãti habetis non dico qui iam de nobis demonia excutiant: non dico iam qui ꝓ uobis quoq; uero deo preces ſternant: quia forte non creditis. Sed a quibus nihil timere poſſitis.

De cuſtodiis hennicorum. Caput. xlv.

a T enim illud detrimentũ reipublicę tã grande q̃ ueꝝ nemo circunſpicit illã iniuriã ciuitatis nullus expendit cũ tot iuſti ipedimur: cũ tot innocentes erogamur: ueſtros.n. iã conteſtamur actus: qui quotidie iudicandis cuſtodiis præſideris: qui ſententiis elogia diſpungitis tota uobis nocentes uariis crimimũ elogiis recenſentur: quis illic ſiccarius: quis manticulanus: quis ſacrilegus: aut corruptor: aut lauantiũ prędo: quis ex illis etiã chriſtianis aſcribitur, aut cũ chriſtiãi ſuo titulo offerũtur: quis ex illis ẽt talis: q̃les tot nocẽtes de ur̃is ſemp ęſtuat carcer: de ur̃is ſemp metalla ſuſpirãt: de ur̃is ſp beſtię ſaginãtur: de ueſtris ſemper munerarii noxiorum greges paſcunt: Nemo illic chriſtianus: niſi plane tantum chriſtianus: aut ſi & aliud iam non chriſtianus.

De innocentia chriſtianorum. Caput. xlvi.

n Os ergo ſoli innocentes. Quid miꝝ ſi neceſſe eſt? Enim uero neceſſe eſt innocẽtiã a deo edocti & pfecte eam nouimus: ut a pfecto magiſtro reuelatam: & fideliter cuſtodimus. ut ab inconceptibili diſpenſatore mandatã: uobis aũt humana extiatio inocentiã tradidit: hũana itẽ dãnatio impauit. Inde nec plene adeo timendæ eſtis o diſciplinę ad inocentiæ ueritatẽ: tãta ẽ prudentia hoĩs ad demõſtrandũ bonũ: quãta auctoritas ad exigendũ. tã illa facilis q̃ iſta cõtemni. Atq; a deo qd plenius dicer̃ nõ occides: an docere ne iraſceris quidẽ? Quid pfectius ꝓhibere adulteriũ: an ẽt ab oculorum ſolitaria concupiſcentia arcere? quid eruditius de maleficio an de maliloquię iterdicere? quid iſtructius iniuriam non permittere: an nec uicem iniurię ſinere? dum tamen ſciatis ipſas quoq; leges ueſtras quæ uidentur ad inocentiam pergere de diuina lege: aut antiquiore forma mutuatas. Diximus iam de Moyſi ætate. Sed quanta auctoritas legum humanarum cum iſta: ſed ſi euadere homini cõtingat & plęrumq; i admiſſis deliteſcẽdi & aliquãdo contẽnere ex uoluntate uel neceſſitate delinquendi recogitate ea ẽt ꝑ breuitate ſupplicii cuiuſlibet: non tamen ultra mortem remanſuri. Sic & epicurus oẽm cruciatum doloreq; depreciat: modicũ q̃dẽ contẽptibilẽ ꝓnũtiando: magnũ uero nõ diuturnũ: eni uero nos qui ſub deo oĩum ſpeculatore diſpũgimur: quiq; eternã ab eo pœnã ꝓuidemus

merito ſoli innocentiæ occurrimus: & ꝓſpicientia plenitudine & ꝑ latebrarum difficultate: & pro magnitudine cruciatus nõ diuturni uerum ſempiterni eum timentes quem timere debebit: & ipſe qui timentes iudicat. Deum nõ ꝓconſulem timentes: cõſtituimus ut opinor aduerſus oĩum criminum intentationẽ: quę chriſtianorum ſanguinem flagitat: oſtendimus totum ſtatũ noſtrum: & qbus modis ꝓbare poſſimus ita eſſe ſicut oſtendimus ex fide. ſ. & antiqtate diuinarum litterarum. Item ex cõfeſſione ſpiritualium poteſtatũ qs nos reuincere audebit? nõ arte uerborum: ſed eadem forma qua ꝓbationem cõſtituimus de ueritate. Sed dum unicuiq; manifeſtatur ueritas noſtra: interim incredulitas dum de bono ſectæ huius obducitur: quod uſui iam & de cõmertio inotuit: nõ utiq; diuinum negociũ exiſtimat: ſed magis philoſophię genus eadem inqt & philoſophi monent & ꝓfitentur innocentiã iuſticiã patientiã ſobrietatem pudiciciã. Cur ergo quibus cõparamur de diſciplina noſtri ꝓinde illis nõ adequamur ad licentiã impunitatẽq; diſciplinę: uel cur & illi ut pares noſtri non urgẽtur ad officia quę nos obeuntes piclitamur. Quis. n. philoſophũ ſacrificare. aut deierare: aut lucernas meridię uanas ꝓferre cõpellit. Quinimo & deos ueſtros palã deſtruunt: & ſupſtitiones ueſtras cõmentariis quoq; accuſant. Laudãtibus uobis plæriq; etiã in principes latrant ſuſtinentibus nobis: & facilius ſtatuis & ſalariis remunerãtur: q̃ ad beſtias ꝓnuntiãtur: ſed merito philoſophi: nõ. n. chriſtiani cognominantur. Nomen hoc philoſophorum demonia nõ fugat: quidni? cum ſecundũ deos philoſophi demonas deputẽt. Socratis uox eſt: ſi demoniũ pmittat. Idem & cum aliquid de ueritate ſapiat deos negãs. Aeſculapio tamen gallinaceum ꝓſecari iam in fine iubebat: credo ob honorẽ patris eius: qa Socratẽ Apollo ſapientiſſimũ oĩum cecinit: o Apollinẽ inconſideratũ ſapientiæ teſtimoniũ reddidit ei uiro q negabat deos eſſe: inquãtum odium flagrat ueritas intantũ qui eã ex fide præſtat offendit: qui aũt adulterat & affectat hoc maxime nomine gratiã pangit apud inſectatores ueritatis q̃ in luſores & corruptores. Inimice philoſophi affectant ueritatẽ & affectando corrumpũt: ut q gloriã captant chriſtiani: & in neceſſario appetunt & integre præſtãt: ut q ſaluti ſuæ curãt: adeo neq; de ſcientia neq; diſciplina ut putatis æquamur. Quid. n. Thales ille princeps phiſicorum ſciſcitanti cræſo de diuinitate certum renũciauit: comeatus deliberãdi ſępe fruſtratus deum qlibet opifex chriſtianus & inuenit & oſtendit: & exinde totũ quod in deo queritur re quoq; aſſignat: licet plato affirmet factitatorem uniuerſitatis: neq; inueniri facilem & inuentũ enarrari in oẽs difficilem. Cæterum ſi de pudicitia ꝓuocemus: lego ptem ſentẽtię atticæ in Socratem corruptorẽ adoleſcentiũ ꝓnunciatã. Sexum nec fœmineum mutat chriſtianus: noui & Phirnẽ meretricem Diogenis ſupra recubantis ardorẽ ſubantẽ Audio & quendã Speuſippũ de Platõis ſchola in adulterio piiſſe: chriſtianus uxori ſuę ſoli maſculus naſcitur. Democritus excecando ſemetipſum ꝙ mulieres ſine cõcupiſcentia aſpicere nõ poſſet & doleret ſi nõ eſſet potitus: incõtinẽtiam emendatiõe ꝓfitetur. At chriſtianus ſaluis oculis fœminã uidet animo aduerſus libidinem cæcus eſt. Si de probitate defendam ecce lutulentis pedibus Diogenes ſuperbos Platõis thoros alia ſuperbia deculcat: chriſtianus nec in pauperem ſuperbit. Si de modeſtia certem. Ecce pythagoras apud thirios: zenon apud prienenſes tyrannidem affectant Chriſtianus uere nec ciuitatem. Si de æquanimitate cõgrediar. Licurgus apocartheſin optauit: ꝙ leges eius lacones emendaſſent: chriſtianus etiam damnatus gratias agit. Si de fide comparem Anaxagoras depoſitum hoſtibus denegauit chriſtianus etiam extra fidelis uocatur. Si de ſimplicitate conſiſtã Ariſtoteles familiarem ſuũ Hermiã turpiter loco excedere fecit: chriſtianus nec inimicũ ſuum lędit. Idem Ariſtoteles tam turpiter Alexãdro regẽdo potius adulatur q̃ Plato a Dionyſio uentris gratia uendicatur Ariſtippus in purpura ſub magna grauitatis ſupficie nepotatur: & hidias dum ciuitati inſidias diſponit occiditur: hoc ꝑ ſuis oĩ

attrocitate diſſipatis nemo unꝗ̃ temptauit chriſtianus: ſed dicet aliꝗs etiam de noſtris exce
dere quoſdam a regula diſciplinæ: deſinunt tamen chriſtiani haberi penes nos philoſophi
uero illi cũ talibus factis in noíe & in honore ſapientię ꝑſeuerant: adeo quid ſimile philoſo
phis & chriſtianis græciæ diſcipulus: & cœli famæ negociator: & uitæ uerboꝝ & factoꝝ
opator: & reꝝ ędificator & deſtructor. Amicus & inimicus erroris ueritatis interpolator
& integrator & expreſſor & furator eius: & cuſtos antiquior oíbus ueritas ni fallor: & hoc
mihi ꝑficit antiquitas præſtructa diuina litteraturę quo facile credam theſauꝝ eam fuiſſe
poſteriori cuiqꝫ ſapientię: & ſi nõ onus tamen uoluminis temperarẽ etiã excurrerem ĩ hanc
quoqꝫ ꝓbationem. Quis poetaꝝ: quis ſophiſtaꝝ: qui nõ oĩno de ꝓphetaꝝ fonte potaue
rit? Inde igitur philoſophi ſitim ingenii ſui rigauerunt ut quę de noſtris habẽt: ea nos cõpa
rẽt illis. Inde opinor & a quibuſdã quoqꝫ eiecta philoſophia a thebis dico aſpartiatis & ar
giuis dum a ueſtra conantur: & hoíes glorię ut diximus: & eloquentiæ ſolius libidinoſi ſi
quid in ſanctis ſcripturis offenderunt: digeſtis ex improſtituto curioſitatis ad ꝓpria opa
uerrunt: neqꝫ ſatis credentes diuina eſſe quo minus interpolarent: neqꝫ ſatis ĩtelligentes ut
adhuc tũc ſub nubila etiã ipſis iudęis obumbrata: quoꝝ ꝓpria uidebãtur. Nam & ſi qua
ſimplicitas erat ueritatis: eo magis ſcrupuloſitas humana fidẽ aſpnata mutabat ꝑ qđ in-
certũ miſcuerunt etiã quod inuenerãt certũ. Inuentũ. n. ſolũmodo deum nõ ut inuenerãt
diſputauerũt: ut & de ꝗ̃litate & de natura eius & de ſede diſceptent. Alii ĩcorpalem aſſeue
rant: alii corpalem ut tã platõici ꝗ̃ ſtoici: alii ex atomis: alii ex numeris. Sicut epycurus &
Pythagoras: alii ex igne qualiter E raclito uiſum eſt: & platonici ꝗdem curãtem reꝝ cõtra
Epicurei otioſum & inexercitũ: & ut ita dixerim neminem humanis rebus poſſitum uero
extra mundũ. Stoici ꝗ figuli modo extrinſecus torqueat molem hanc intra mundũ plato
nici ꝗ gubernatoris exemplo intra illud maneat qđ regat: ſic & de ipſo mundo natus inna
tuſue ſit: deceſſurus mãſuruſue ſit uariant: ſic & de animę ſtatu: ꝗ̃ alii diuinam & ęternã:
alii diſſolubilem cõtendũt: ut ꝗs ſenſit ita intulit aut reformauit. Nec miꝝ ſi uetus inſtru
mentũ ingenia philoſophoꝝ interuerterunt: ex hoꝝ ſemine & noſtram hanc nouiciolã pa
raturam uiri ꝗdam ſuis opiniõibus ad philoſophicas ſententias adulterauerunt: & de una
uia obliquos multos tramites & inexplicabiles ſciderunt. Quod ideo ſuggeſſerim ne cui
nota uarietas ſectę huius in hoc quoqꝫ nos philoſophi adequare uideatur & ex ueritate de-
fenſionũ uindicet ueritatem: expedite autem præſcribimus adulteris noſtris illam eſſe re-
gulam ueritatis quæ ueniat a chriſto tranſmiſſa per comites ipſius quibus aliquãto poſte
riores diuerſi iſti cõmentatores probabuntur: omnia aduerſus ueritatem de ipſa ueritate
conſtructa ſunt: operantibus æmulationem iſtam ſpiritibus erroris. Ab hiis adulteria hu
iuſmodi ſalutaris diſciplinę ſuborta: ab his quędam etiam fabulę immiſſe quę diſſimilitu
dine fidem infirmarent: ueritatis uel etiam ſi potius euincerent: ut quis ideo nõ putet chri
ſtianis credendum: qa nec poetis & philoſophis: uel ideo magis poetis & philoſophis exi
ſtimet credendum: quia non chriſtianis. Itaqꝫ & ridemur deum prędicantes iudicaturum.
Sic enim & poetę & philoſophi tribunal apud inferos ponunt & gehennam. Si commine
mur quæ eſt ignis archani ſubterraneam ad pœnam theſaurus proinde decachinamur.
Sic enim & pirrhi flegeton apud mortuos animus eſt: & ſi paradiſum nominemus locum
diuinę amœnitatis: recipiendis ſanctorum ſpiritibus deſtinatum: materia quadam ignee
illius zonæ a noticia orbis cõmunis ſegregatum: Heliſei campi fidem occupauerũt. Vn-
de hęc oro uos philoſophis aut poetis tã cõſimilia nõ niſi de noſtris ſacramẽtis ut de prio
ribus. Ergo fideliora ſũt noſtra magiſqꝫ credenda: quoꝝ imagines quoqꝫ fidem inueniũt:
ſi de ſuis ſenſibus. Iã ergo ſacra noſtra imagines poſterioꝝ habebũtur: qđ ueꝝ forma nõ

ſuſtinet:nunq̃.n.corpus umbra aut ueritatẽ imago pręcedit. Age iam ſi qs philoſophus affirmet:ut ait Liberius de ſententia Pythagoræ hoīem fieri ex mulo. colubꝝ ex muliere & in eam opinionẽ oīa argumenta eloquii uirtute deſtorſerit:nõne & ſenſum mouebit: & fidem infiget:etiam ab aīalibus abſtinẽdi. Propterea pſuaſum qs habeat ne forte bubulã de aliquo ꝓauo ſuo obſonet. At.n.chriſtianus ſi de hoīe hoīem ipſumq; de Gaio gaium reducere repromittat lapidibus magis nec ſaltem cædibus a populo exigetur: ſi quæcũq; ratio præeſt animaꝝ humanaꝝ reciprocandaꝝ in corpora:cur nõ in eandem ſubſtantiã re deant cũ hoc ſit reſtitui id eſſe quod fuerat. Iam nõ ipſæ ſunt quæ fuerant: qa nõ potuerũt eſſe qđ nõ erant:niſi deſinãt eſſe quod fuerant. Multis etiam locis exoptio opus erit:ſi ue limus ad hãc ꝑtem laſciuire:quis inquã beſtiã reformari uidit: ſed de noſtra magis defen ſione qui ꝓponimus multo utiq; dignius credi hominem ex hoīe redituꝝ:quẽlibet ꝓ quo libet:dum eadẽ qualitas animæ in eandẽ reſtauretur conditionẽ: & ſi nõ effigiem certe qa ratio reſtitutiõis deſtinatio iudicii eſt:neceſſario idem ipſe qui fuerat exhibebitur: ut boni ſeu cõtrarii meriti iudiciũ a deo referat. Ideoq; repręſentabũtur & corpa: qa neq; pati qcq̃ poteſt aīa ſola ſine materia ſtabili.i.carne:eo quod oĩno de iudicio dei pati debent Animę nõ ſine carne meruerunt:intra q̃ omnia egerunt:ſed qũo inquis diſſoluta materia exhiberi põt. Cõſidera temetipſum o hõ:& fidẽ rei inuenies. Recogita quid fueris anteq̃ eſſes utiq; nihil:meminiſſes.n.ſi quid fuiſſes. Qui ergo nihil fueras priuſq̃ eſſes:idem nihil fueris cũ eſſe deſieris:cur nõ poſſes eſſe rurſus de nihilo?eiuſdẽ auctoris uoluntate: qui te uoluit eẽ ex nihilo. Quid noui tibi eueniet?qui nõ eras:factus es:cũ iteꝝ nõ eris:fies. Redde rõnem ſi potes:q̃ factus es:& tũc requires q̃ fies. Et tamẽ facilius utiq; fies quod fuiſti aliq̃do:qa æque nõ difficile factus es:qđ nunq̃ fuiſti aliq̃do. Dubitabitur credo de dei uiribus:q tan tũ corpus hoc mũdi de eo ꝙ fuerat: nõ minus q̃ de morte uocatiõis & inanitatis impoſuit aīatum ſpũm oīum animaꝝ animatore ſignatũ:& ipſum humanæ reſurrectiõis exemplũ in teſtimoniũ nobis. Lux quottidie iterfecta reſplendet: & tenebrę pari uice decedẽdo ſuc cedunt:ſydera defuncta uiueſcũt: tpa ubi finiuntur incipiũt:fructus conſumãtur & rede unt:certe ſemina nõ niſi corrupta & diſſoluta fœcũdius ſurgũt:oīa peundo ſeruãtur: oīa de intetitu reformantur. Tu homo tantũ nomen ſi intelligas te uel de titulo Pythię dicens dominum oīum morientiũ reſurgentiũue ad hoc morieris: ut peas ubicũq; reſolutus fue ris quæcũq; te materia deſtruxerit hauſerit aboleuerit ĩ nihilum ꝑdigerit:reddet te eius eſt nihilũ ipſum cuius & totũ:ergo inqtis ſemp moriendũ erit & ſemp reſurgendũ:ſi ita reꝝ dominus deſtinaſſet:ingratis expieris cõditionis tuę legem. At nũc nõ aliter deſtinauit q̃ prędicauit:quę ratio uniuerſitatẽ ex diuerſitate cõpoſuit:ut oīa æmulis ſubſtãtiis ſub uni tate cõſtarent ex uacuo ex ſolido ex aīali & inaīali ex cõpræhenſibili & incõpræhenſibili ex luce & tenebris & ipſa uita & morte eadẽ æuũ quoq; iſta deſtinata diſtincta cõditione con ſeruit:ut prima hæc pars ab exordio reꝝ q̃ incolimus tpali ætate ad finẽ defluat. Sequens uero q̃ expectamus in infinitã æternitatẽ ꝓpagetur. Cũ ergo finis & limes medius qui in terhiat affuerit:ut etiã mũdi ipſius ſpecies trãſferatur:æque tpalis:quæ illi diſpoſitiõi ęter nitatis aulę uice oppãſa eſt. tũc reſtituetur oẽ humanũ genus ad expũgendũ qđ ĩ iſto ęuo boni ſeu mali meruit:& exinde dependẽdum imenſam æternitatis ꝑpetuitatẽ. Ideoq; nec mors iam nec rurſus ac rurſus reſurrectio. Sed erimus iidẽ qui nũc nec alii poſt dei quidẽ cultores apud deũ ſemp ſupinduti ſubſtãtia ꝓpria ęternitatis. Prophani uero & qui nõ in tegre ad deũ in pœna ęque iugis ignis hẽntes ex ipſa natura eius diuinã.ſ.ſubmiſtrationẽ incorruptibilitatis. Nouerunt & philoſophi diuerſitatem arcani & publici ignis. Ita lon ge alius eſt qui uſui humão:alius q iudicio dei apparet:ſiue de cœlo fulmina ſtringẽs:ſiue

de terra ꝑ uertices montiũ eructans: non. n. aſſumit quod exurit: ſed dum erogat reparat:
adeo manent mõtes ſemꝑ ardentes: & q̄ de cœlo tãgitur ſaluus eſt: ut nullo iã igni decine-
reſcat: & hoc erit teſtimoniũ ignis æterni hoc exemplũ iugis iudicii pœnã nutriẽtes mõtes
urũtur & durãt. Quid nocentes & dei hoſtes? hæc ſunt quæ in nobis ſolis præſumptiões
uocantur in philoſophis & poetis ſũmę ſciæ & inſignia ingenia. Illi prudentes: nos inepti.
Illi honorãdi: nos irridendi: imo eo ãplius & puniendi: falſa nũc ſint q̃ tuentur: & merito
præſumptio: attamẽ neceſſaria inepta: attamen utilia. Siq̄dem meliores fieri cogũtur qui
eis credũt metu æterni ſupplicii: & ſpe ęterni refrigerii: itaq; nõ expedit falſa dici: nec inepta
haberi: quę expedit uera pręſumi nullo titulo dãnari licet: quę ꝓſunt oĩno. In uobis itaq;
pręſumptio eſt hæc ipſa quę dãnat utilia ꝓinde nec inepta eẽ poſſunt: certe & ſi falſa & ine
pta: nulli tamẽ noxia: nã & multis aliis ſimilia q̄bus nullas pœnas irrogatis uanis & fabu
loſis inaccuſatis & impunitis ut ĩnoxiis. Sed ĩ eiuſmodi. n. ſi utiq; irriſioni iudicandũ eſt:
nõ gladiis & ignibus & crucibus & beſtiis: de qua iniq̄tate ſęuiciæ nõ modo cæcũ hoc uul
gus exultat & inſultat: ſed & q̄dam uẽum q̄bus fauor uulgi de iniq̄tate captatur: glorian
tur nõ q̃ſi totum q̄d in nos poteſtis noſtrũ ſit arbitriũ certe ſi uelim chriſtianus ſum: tũc
ergo me dãnabis ſi dãnari uelim: cũ uero quod in me potes niſi uelim nõ potes. Iam meæ
uolũtatis ẽ: q̄d potes nõ tuę poteſtatis: ꝓinde & uulgus uana de noſtra uexatiõe gaudet:
ꝓinde. n. noſtrũ eſt gaudiũ: quod ſibi uindicant qui malũt dãnari q̃ a deo excidere: cõtra
illi qui nos oderunt dolere nõ gaudere debebãt cõſecutis nobis quod eligimus. Ergo inqui
tis cur q̃rimini ꝙ uos inſeq̃mur: ſi pati uultis cũ diligere debeatis ꝑ quos patimini q̄d uul
tis plane uolumus pati: ueꝝ eo more quo & bellũ miles: nemo q̄ppe libens patitur cũ &
trepidare & ꝑiclitari ſit neceſſe: tamẽ & pręliatur oĩbus uiribus & uincens in pręlio gaudet
qui de pręlio q̃rebatur: quia & gloriã conſeq̄tur & prædã pręliũ eſt nobis q̄d ꝓuocamur
ad tribunalia ut illic ſub diſcrimine capitis ꝓ ueritate certemus. Victoria eſt autem ꝓ quo
certaueris obtinere: ea uictoria habet & gloriam placendi deo: & prædam iuuendi in ęter-
num: ſed obducimur certe cũ obtinuimus: ergo uicimus cũ occidimur: deniq; euadimus
cũ obducimur. Licet nũc ſarmenticios & ſemaſſios appelletis: quia ad ſtipitem dimidii aſ
ſis reuincti ſarmentoꝝ ambitu exurimur. Hic eſt habitus uictoriæ noſtrę. Hęc palmata
ueſtis: tali curru triumphamus: merito itaq; uictis non placemus: ꝓpterea. n. deſperati &
perditi exiſtimamur. Sed hęc deſpatio & ꝑditio pœne uos in cauſa glorię & famæ uexillũ
uirtutis extollunt. Mutuis dextram ſuã libens in ara reliquit: o ſublimitas animi. Empe-
docles totum ſeſe athenienſiũ ęthneis incendiis donauit: o uigor mentis. Aliqua Cartha-
ginis cõditrix rogo ſe ſecundũ matrimoniũ dedit: o preconiũ caſtitatis Regulus ne unus
pro multis hoſtibus uiueret toto corꝑe cruces patitur: o uiꝝ fortem & in captiuitate uicto
rem. Anaxarchus cum in exitum ptiſanę pilo coniunderetur. tunde tunde aiebat Anaxar
chi folem. Anaxarchũ. n. non tundis o philoſophi magnanimitatem qui tali de ſuo exitu
etiam iocabatur: omitto qui cũ gladio proprio alioue genere mortis mitiore de laude pe-
pigerunt. Ecce. n. & tormentoꝝ certamina coronãtur a uobis. Attica meretrix carnificẽ iã
fatigato: poſtremo linguã ſuã comeſtã in faciem tyrãni ſęuientis expuit. ut expueret & uo
cem ne cõiuratos cõfiteri poſſet. ſi etiã uicta uoluiſſet zeno Elates cõſultus a Dionyſio. q̄d
nã philoſophia pręſtaret cũ reſpondiſſet cõtemptũ mortis ĩpaſſibilis flagellis tyrãni obie
ctus ſententiã ſuã ad mortem uſq; ſignabat. certe laconũ flagella ſub oculis etiã hortantiũ
ꝓpinquoꝝ accerbata tantũ honor eſt tollerãtię. deinde cõferunt q̃tum ſanguinis fuderint
o gloriã licitam q̄a humanam cui nec præſumptio ꝑdita: nec ꝑſuaſio deſꝑata reputatur ĩ
cõtemptu mortis & attrocitatis oĩmode. cui tantũ ꝓ patria. ꝓ impio. ꝓ amicitia pati ꝑ-

miſſum eſt: quantum ꝓ deo nō licet: & tamen illis omnibus & ſtatuas diffunditis: & ima gines inſcribitis: & titulos inciditis in ęternitatem: quantum de monumentis poteſtis ſci licet pręſtatis: & ipſi quodammodo mortuis reſurrectiōem hanc ꝗ ueram a deo ſpat: ſi ꝓ deo patiatur inſanus eſt. Sed hoc agite boni præſides meliores multo apud populum ſi il lis chriſtianos imolaueritis: crutiate: torquete: dānate: atterite nos. Probatio eſt. n. innocē tiæ noſtrę iniqtas ueſtra. Ideo nos hęc pati Deus patitur. Nā & ꝓxime ad lenonem dam nando chriſtianam potius q̄ ad leonem confeſſi eſtis labem pudicitię apud nos attrociorē omni pœna & omni morte reputari: nec quicq̄ tamē ꝓfuit. Exquiſitior quæq; crudelitas ue ſtra illecebra eſt magis ſectæ. Plures efficimur quotiens metimur a uobis Senten eſt ſan guis chriſtianoꝝ: multi apud uos ad tollerantiam doloris & mortis hortantur: ut Cicero in tuſculanis: ut Seneca in fortuitis: ut Diogenes: ut Pyrron: ut Galinicus. Nec tamē tan tos inueniunt uerba diſcipulos: quātos chriſtiani factis docendo. Illa ipſa obſtinatio q̄ ex probatis magiſtra eſt. Quis. n. non contemplatione eius concutitur ad reqrendum qd in tus in re ſit? Quis nō ubi requiſiuit accedit? ubi acceſſit pati exoptat: ut dei gratiam redi mat: ut omnem ueniam ab eo compenſatiōe ſanguinis ſui expediat: omnia enim huic ope ri delicta donātur. Inde eſt ꝙ ibidem ſententiis ueſtris gratias agimus: ut eſt æmulatio di uinę rei & humanę: cum dānamur a uobis a deo abſoluimur.. F I N I S.

Impreſſum Venetiis per Bernardinum Benalium.

Item Sermo pulcherrimus de Vita eterna. Caput. xlvii.

s Icut dicit Auguſtinus. Beata eſt uita cum id quod hominibus optimum eſt ha betur & amatur. Si alicui nunciaretur ꝙ eſſet heres alicuius magne poſſeſſionis uel hereditatis. unde magnus honor ſibi uel ſuis poſſet euenire. multum gaude ret & magnas expenſas faceret & poneret ſe in multis miſeriis & tranſiret maria & mōtes ut cito ueniret ad hoc Et ſi dimitteret ſe exhereditari. accideret exprauitate magna & defe ctu cordis. Deus autem nunciat amicis ꝙ ſunt heredes uite & regni eterni. Iob. xxxvi. An nunciat amico quoniam poſſeſſio eius ſit. ſ. ꝙ habeat ibi ius. & ꝙ ad eam poſſit aſcēdere: niſi ex prauitate cordis & defectu ꝑdat? Super hoc expauit cor meum factum in tali exceſ ſu quaſi motum de loco ſuo. Parum fuit ꝙ ſaltaret de uentre ob ſui deſiderium. Vita eter na debetur nobis iure hereditario. Turpe eſt cum terra aliqua uenditur ſi ab eis qui nō ſunt de cognitiōe ematur. Sicut nos omnes ſumus fratres chriſti. unde hereditatem regni celo rum quam uenditioni exponit emere debemus. Hiere. xxxii. Eme agrum meum qui eſt in anathot: tibi enim competit iure propinquitatis. Item libenter dicitur res emi in qua quis nec falli poteſt nec damnificari. Tale eſt regnū celorum q̄tūcunq; cōſtet. Prouer. ulti. Cō ſiderauit agrum & emit illum. Et ſequitur. Guſtauit & uidit quoniam bona eſt negotia tio eius. Item deus multum oſtendit eternam uitam uel gratiam ualere & magnā eſſe quā do eam tam care uendit amicis quos nullo modo deciperet. Petrus emit eam martirio cru cis. Paulus amputatione capitis: & ſic de aliis. Ipſe enim filius dei emit eam amicis ſuis ef fuſiōe ſanguinis ſui. Magna ergo inſania uidetur illi qui credit ad melius foꝝ habere uinū q̄ filius uel ſerui domus uel etiā paterfamilias. Sic ꝗ paradiſum ad melius foꝝ uult hēre q̄ ſc̄ti uel ipſe chriſtus. Lu. ulti. Nōne oportuit chriſtū pati. &c. Greg. Quis ſc̄tōꝝ ſine tribu

latione coronatus eſt: facta precedentium recolamus: & nõ erunt grauia que toleramus. Item ſi homo tantũ laborat ꝓ uita iſta que miſera & fluida eſt: q̃tum deberet laborare ꝓ uita eterna. Auguſtinus: O amatores mundi non eſt requies ubi queritis eam. Beatam uitam queritis in regione mortis. non eſt hic: quomodo ibi beata uita ubi nec uita: Quod ſi amatis iſtam miſeram fluidamq; uitam: ubi cum tanto labore uiuitis: quanto magis amare debetis illã beatã uitã ubi nullum dolorẽ ſuſtinebitis. Si homo tantũ cauet ſibi a nociuis cibis ꝓ uita tpali: quare nõ pro uita eterna. que ꝑ mala opera amittitur. Iob. vi. Nunquid poterit guſtari quod guſtatum affert mortem. Item homo indigens omni bono libẽter quereret patriam ubi bõis oĩbus abundaret ſine fine. hec eſt uita eterna. Iudicũ. xviii. Da nobis domine locum ĩ quo nullus rei eſt penuria. Deutero. viii. Oĩum reꝝ abũdantia ꝑfrueris. Auguſtinus. Cur ꝑ multa uagaris homuntio querendo aĩe tue & corpis tui bonum. Ama unum bonum in quo ſunt oĩa bona & ſufficit. Quid. n. amas caro mea. quid deſideras anima mea. Ibi eſt quicquid amatis: quicquid deſideratis. Si delectat pulchritudo. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eoꝝ. Abſalonis formoſitas ibi eſſet deformitas & tamen in toto iſrael nõ erat pulchrior illo. ita ꝙ a planta pedes uſq; ad uerticem non erat in eo ulla macula. Cur ergo queris pulchritudinẽ q̃ ſicut flos marceſcit & cadit. & deſpicis illã q̃ dabitur humilibus & deſpectis. Phil. iii. Saluatorẽ expectamus q̃ refor. &c.

Si delectat uelocitas. Certe ubi uoluerit ſpũs ibi ꝓtinus erit corpus: ſicut ſol ſtatim cũ naſcitur in oriente. apparet in occidente. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus: ut dr̃ Yſa. xxv.

Si libertas. Liberabitur creatura a ſeruitute corruptionis in libertatẽ glorie filioꝝ dei. Illa que ſurſum eſt hieruſalẽ libera eſt. Si care emit aliq̃do homo libertatẽ tpalem: quare nõ eternam. ubi mortua manus nõ accipitur nec cenſus redditur. Si lõga & ſalubris uita deſideratur. Ibi eterna ſanitas: & uite eternitas. Ibi nullus moritur: qa nullus ibi oritur: ſed iuſti imꝑpetuum uiuẽt & ſalus iuſtoꝝ a domino: Ibi nullus ĩtrinſecus morbus: nullus extrinſecus. ſed ſũma ĩ carne ſanitas. in aĩa tota trãqllitas: qa chriſtus erit uita tua. nec te ſenectus cõſumit. Si ſatietas. Pſal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Chriſtus. n. erit cibus tuus ne eſurias. potus ne ſitias. Apoc. vii. Nõ eſurient neq; ſitiẽt ãplius neq; &c. Chryſoſtomus. Ibi ſatiati deſiderabimus: ne ſatietas generet faſtidiũ: deſiderãtes ſatiabimur: necũ anxietate ſatiet deſideriũ: In preſenti nõ ſatiatur oculus uiſu nec auris auditu impletur. Ecc. i. Sed tunc implebitur in bonis deſiderium tuum. Si melodia uel leticia. Vacabimus dei laudibus qui erit omnia in omnibus ubi nec ulla deſidia ceſſabitur. nec ulla indigentia laborabitur. pſal. Sicut letantium omnium habitatio eſt in te: Gaudium & leticia inuenientur in ea & gratiarum actio: & uox laudis. Si ſapientia uel cognitio: ipſa ſapientia oſtendit ſeipſam: tunc cognoſcent a minimo uſq; ad maximum. Bernardus: Cognoſcemus patris potentiam: filii ſapientiam: ſpiritusſancti benigniſſimam clementiam: & ita habemus illius ſumme trinitatis cognitionem. Chryſo. Quid eſt quod nõ ſciat q ſcientẽ omnia uidet: Iohan. xvii. Hec eſt uita eterna ut cognoſcant te uerum deum & quẽ miſiſti ieſum chriſtum. Si cõmunis amicitia uel dilectio: Diligent deum plus quam ſeipſos: Etiam ſe inuicem tanq̃ ſeipſos: Et deus ipſos plus quã illi ſeipſos: Et tanta uis caritatis omnes ſibi ſociat ut quod in ſe non accipiat in alio accepiſſe gaudeat. Si pax & concordia. Illis erit una uolũtas: ibi nihil aduerſum: nec a ſeipſo nec ab alio quis patietur. qa erit illis oĩbus una uoũltas. Idẽ ĩ illa eterna patria ubi ĩmortales erimus nec prelia erũt ulla nec debita: ſed uera pax. Si potentia q̃ritur: & oĩpotens erit qlibet uoluntatis ſue. Nã ſicut poteſt deus quod uult ꝑ ſeipſum: ita poterunt illi quod uolent ꝑ ſeipſos: quia ſicut non aliud uolent q̃ ille: ita ille uolet quicqd illi uolent: & quod ille uolet nõ poterit nõ eſſe.

Si diuitie diliguntur. Gloria & diuitie in domo eius. Fideles ſeruos ſuos ſupra multa cō
ſtituet. ut dicitur Matth. xxv. Grego. Si uere diuites eē cupitis ueras diuitiās amate. Yſa.
xxxiii. Oculi tui uidebunt hieruſalem ciuitatem opulentam. Si honor Ibi erit uerus ho-
nor que nulli denegabitur nulli cōcedetur indigno. Imo filii uocabuntur. quia ubi erit de
us & ipſi. Volo pater ut ubi ego ſum illic ſit & miniſter meus Io. xii. Si ſecuritas. Viuēt
cum omni trāquillitate ſecuri. quia iuſtorum anime in manu dei ſunt. &c. Sap. iii. Bernar
dus. O ciuitas celeſtis manſio ſecura patria totum continens quod delectat. populus ſine
murmure. incole quieti. homines nullam indigentiam habētes. O q̄ glorioſa dicta ſunt de
te ciuitas dei. Si requies. Ibi requies ſine labore. Apoca. xiiii. A modo iam dicit ſpiritus
ut requieſcant a laboribus ſuis. Si delitie uel uoluptates. Omnes delitie que ſunt in mun
do. & erūt uſqꝫ ad diē iudicii minores ſunt reſpectu illius ſuauitatis. quomodo ſit una gut
ta aque reſpectu totius maris. Bernardus. Tāta eſt iocunditas & ſuauitas illius celeſtis pa
trie. ꝙ ſi non liceret ibi eſſe niſi per unius hore moram omnes huius uite dies pleni deliciis
merito contemnentur. Cui cōparata omnis aliunde ſuauitas dolor eſt. omnis iocunditas
meror. omne dulce amarum omne odoriferum fedum. omne quodcunqꝫ aliud delectari
dici poſſit moleſtum. cum dei bonitaſ in infinitum excedat omnem bonitatē. Bernardus.
Si tanta inuenitur delectatio in portiuncula creature ꝙ non poteſt homo ab ea ſeparari.
quanta erit in ipſo creatore. Si gutta inebriat. multomagis totus fons. Si diuine bonita-
tis ueſtigia tantum habent ſuauitatis. q̄d habet ipſe fons pietatis deus. Item ſolus odor-
qui datur ſanctis in preſenti plus ualet & delectat q̄ totum gaudium huiuſ mūdi. quid er
go erit de ueritate dulcedinis. Auguſtinus. Quicquid uoles erit. & quicq̄d noles non erit.
Gregorius. Nihil exterius quod appetatur. nihil interius quod faſtidiatur. cor humanum
indigens cor exptum erūnis. q̄tum gauderes ſi ī his oībus abūdares. Dedignetur ergo fra
tres unuſq̄ſqꝫ ueſtrū ultra uelle ſeruire peccato cui tāta ꝓmittuntur in celo & multa alia q̄
oculus nō uidit. nec auris audiuit. nec ī cor hominis aſcendit. que preparauit dominus de
us electis ſuis. ut dicitur. i. Corinti. ii. Ad que perducere dignetur. Qui uiuit & regnat.
per omnia ſecula ſeculorum. Amen. F I N I S

BIBLIOTHECA
Sanctam

C. 14. art. 3.

fatto q(ue)sto som(m)a 28 . art. 17

S541591